

PROGRAMM
DES
NICOLAIGYMNASIUMS
IN
LEIPZIG
DURCH WELCHES ZUGLEICH ZU DER
FEIER DES GEBURTSTAGS SR. MAJESTÄT DES KAISERS WILHELM
UND DER MIT IHR VERBUNDENEN
ENTLASSUNG DER ABITURIENTEN
AM 22. MÄRZ
SOWIE ZU DEN
ÖFFENTLICHEN CLASSENPRÜFUNGEN AM 27., 28. UND 29. MÄRZ 1879
IM NAMEN DES LEHRERCOLLEGIUMS
ERGEBENST EINLADET
THEODOR VOGEL
RECTOR.

Inhalt:

Quaestiones Boeoticae von Dr. Emil Preuss.

LEIPZIG, 1879.
DRUCK VON ALEXANDER EDELMANN,
UNIVERSITÄTS-BUCHDRUCKER.

1879. Progr. No. 451.



I

Inscriptionibus Boeoticis, quas in primo Corporis Inscriptionum Graecarum volumine publicandas curavit Boeckhius, praemissa est commentatio de magistratibus, in qua princeps ille philologorum nisus titulorum praesidio de foedere Boeotico, de singulis civitatibus, de sacerdotibus, de proxeniis tanta sagacitate tamque eximia doctrina disseruit, ut omnes, qui post eum his rebus tractandis operam navarent, eius potissimum auctoritate sibi nitendum putarent. At uberius fluxerunt, ex quo Boeckhii Corpus Inscr. Gr. in lucem prodiit, titulorum Boeoticorum quasi fontes, ac multa in lucem protracta videmus, quae iis, quae ad id tempus obscuritate premebantur, lumen attulerunt; quo factum est, ut multa, quae levioribus antea atque incertis argumentis nitebantur, titulis recens repertis confirmarentur, et non pauca, quae incognita latebant, ex tenebris, quibus erant offusa, emergerent. Quae cum ita sint, nescio an non inutile sit, si in eandem rem, quam ante haec X lustra Boeckhius tractavit, denuo inquiramus, ita ut omnibus titulis, qui ad nostram aetatem pervenerunt, cum iis, quos Boeckhius collegit, quorum non pauci vitiis inquinati novis apographis ad integratatem sunt revocati, tum iis, qui intra hos quinquaginta annos virorum doctorum studio et industria reperti sunt, collatis atque examinatis enarremus, quae inde doceamur de Boeotorum institutis et publicis et sacris.

Eo minus autem veremur, ne non nostro iure titulorum auctoritate nisi rebus Boeoticis indagandis operam demus, quod nemo intellegens nescit lapides plurima docere, quae in libris frustra quaequieris. Atque ita quidem hanc commentationem instituendam putavimus, ut dissereremus primum de foedere Boeotico, deinde de singularum civitatum temperatione, tum de publicis Boeotorum honoribus, postremo de cultu deorum.

Sed priusquam accedamus ad rem propositam, dicendum videtur, quibus in commentatione scribenda adiumentis usi simus. Longe plurimum debemus Caroli Keilii cum diligentiae et curae in colligendis tum sagacitati et doctrinae in interpretandis inscriptionibus Boeoticis. Qui vir doctus cum omnes titulos, qui usque ad annum 1847 a Rossio, E. Curtio, Leakio, Ulrichsio, Stephanio aliis erant editi, uno volumine comprehendisset commentarioque instruxisset (*Sylloge inscriptionum Boeoticarum* 1847), anno 1864 rem denuo aggressus additamenta ad syllogen publicavit (zur *Sylloge inscr. Boeot. Suppl. d. Jahrb. für class. Phil. IV.*), quo in libello et titulos recens repertos collegit et eorum, quos antea edidisset, non parvum numerum novis apographis collatis emendavit. Praeter hunc, qui studia sua collocaverunt in titulis Boeoticis indagandis atque illustrandis hos habemus, quos enumeremus: C. S. Pittakis (*Ἐργητεῖς ἀρχαιολογικοὶ*), A. R. Rangabé (*Antiquités helléniques I. et II.*), Ph. Lebas (*voyage archéologique en Grèce et en Asie Mineure*. 1835 sqq. II. *Inscriptions grecques et latines recueillies en Grèce et en Asie Mineure*.), L. Preller über Oropus und das Amphiaraeion (*Ber. d. Kgl. S. Ges. d. Wissenschaften*. IV. p. 140—188), idem: üb. *Inscriften aus Chaeronea* (*ibid. VI*, 195—208), St. A. Cumanudes (*Ἀρχαιολογικὴ ἐργητεῖς* 1862 sqq. *Ἄθίναιον* I—VI, 1872—77.), G. Henzen (*annali dell' inst. di corresp. archeol.* 1866 *Iscrizione di Cheronea* p. 139—149.), P. Decharme, *recueil d'inscriptions inédites de Béotie* (extract des *Archives des miss. scient. et litt.* IV.), U. v. Wilamowitz-Moellendorff, *Abrechnung eines boeot. Hipparchen* (*Hermes VIII*. p. 431—441), G. Kaibel, *tituli Phocici et Boeotici inediti* (*ibid. p. 417—429*), idem: *epigrammata Graeca ex lapidibus conlecta* 1878.

C. Robert, Proxeniedecrete aus Tanagra (Hermes XI. p. 97—103), P. Girard, inscriptions de Béotie (Bulletin de correspondance hellénique I, 1877. 208—11.), idem: inscriptions d'Hyettos et d'Acraiphia (ibid. II. 492—508.), G. H. Lolling, ptoische Inschrift (Mittheil. d. deutschen archaeol. Institutes in Athen III, 1878. p. 83—94), idem: boeot. Schauspielerinschriften (ibid. p. 135—143.). Ne longus sim, suo loco siquid aliunde petivi commemorabo.

De foedere Boeotico.

Foederis Boeotici qualis fuerit antiquioribus temporibus condicio, cum titulis nihil quidquam doceamur — ad unum enim omnes, in quibus foederis mentionem factam videmus, post annum a. Chr. n. 316, quo anno Thebae a Cassandro restitutae sunt, exaratos esse constat — non nostrum videtur hac in commentatione disserere; immo, quidquid dicturi sumus de Boeotorum communi ad posteriorem illam aetatem pertinet. Praepositum erat rebus foederis administrandis collegium septem¹⁾ boeotarcharum, cui archon eponymus praesidebat. Eum modo ex hac modo ex illa earum, quae foederis essent participes, urbium electum esse patet ex titulis illius aetatis, in quibus et Thebanus (C. I. 1593) et Thespensis (Keil. S. I. B. II, p. 3 et X, p. 69) et Coronensis (Lolling. I. I. p. 87) archon foederis comparet; boeotarchae a singulis mittebantur civitatibus, cum vero plus septem urbes, id quod infra demonstrabitur, foederi essent addictae, ita videtur esse institutum, „ut binae vel ternae minores civitates singulos mitterent boeotarchas per vices, et coniunctim uno gauderent suffragio“ (Boeckh. C. I. p. 728. a.). Neque abhorruit ab usu, ut eiusdem urbis et archon esset et boeotarches, Thebanos quidem et Thespenses utrumque uno anno magistratum stitisse discimus ex duabus titulis Orchomeni (C. I. 1593) et Acræphiae (Keil. S. I. B. X. p. 69) repertis. Illis magistratibus additus erat scriba (C. I. 1593. Keil. XXXI, v. 51. p. 118). Cum eodem concilio saepius coniunctos videmus *μαντεινόμενοι* i. e. theorum, qui a concilio iubebatur oracula petere et *θεοπρόπολοι* oraculorum interpretem ab eodem communi constitutum. Boeckhius si recte percepi viri docti verba (C. I. 1593. ὁ *θεοπρόπολος* interpres ut videtur oraculorum ab Orchomeniis constitutus, unde est Orchomenius) *θεοπρόπολοι* foederi subiunctum fuisse negat, quae sententia infirmari mihi videtur inscriptione ad Plataeas reperta (Rang. n. 1217. Keil. z. S. p. 570), ubi Thespianum civem Diniam (idem C. I. 1593 theori vices implet) collegio boeotarcharum ut *θεοπρόπολοι* adiunctum videmus. Populi Boeotorum quatenus patuerit potestas neque ex titulis perspicuum est neque ex scriptorum libris certi quidquam colligere licet. Omissis igitur eis, quae viri docti hac de re conienda putarunt, id unum proferendum videtur, quod elucet ex inscriptione Thebana (C. I. 1565), certas quasdam res velut proxenias, in contione agi solitas, populi auctoritate esse confirmatas, siquidem illic in proxeniae foederis decreto scriptum legimus: ἔδοξε τῷ δάμῳ. C. I. 1570, ubi est δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δῆμῳ non foederis sed Oropiorum esse cur putem infra accuratius dicam (p. 10). Foedus Boeoticum cum a Romanis a. 146²⁾ dissolutum esset, paullo post, teste Pausania (VII, 16, 9. 10), restitutum est. Et vero temporibus imperatoris Gai (Caligulae) Boeoti participes esse dicuntur τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων s. τῶν Αχαιῶν καὶ Πανελλήνων, cuius praeter eos socii erant Achaei, Locri, Euboei, Phocenses (Keil.

1) De numero boeotarcharum infra p. 7 accuratius erit disputandum.

2) Non, ut ex Polybii verbis (27, 2, 7.) apparere videtur, anno 171. cf. Mommsen R. G. I⁶. p. 760.

XXXI, v. 1 sq. et 22 sq. p. 116 sq.)¹⁾. Cum reliquae civitates Graecae legatos mitterent ad imperatorem, Epaminondas civis Acraephiensis „ιπέρ τοῦ ἑθνοῦ Βοιωτῶν“ legationis onus gratis suscepit; quem ita bene de Boeotia meritum τὸ ζουτὸν Βοιωτῶν (l. l. v. 51. 70. 74., τὸ ζουτὸν Παμβοιωτῶν οὐρέδηρον C. I. 1625 v. 29 sq.) honoribus ornat. Perduravisse foederis Boeotici certe speciem quandam ad Antoninorum aetatem elucet ex inscriptione illius aetatis Chaeronensi (Henzen. ann. dell' inst. 1866. p. 139—49. Decharm. l. l. n. 16.), qua civem eius urbis, quem eundem curatorem (*λογιστήν*) Romanum fuisse patet, boeotarchae munere ter functum esse videmus. Jam accedimus ad eas civitates, quas foederis Boeotici participes fuisse ex titulis apparerunt, enumerandas: *Orchomenus*, *Coronea*, *Thespiae*, *Thebae*, *Tanagra*, *Plataeae*, quae omnibus iis titulis integris, quibus magistratus foederis additis civitatibus comparent, vel archontem vel boeotarcham vel scribam ad concilium misisse perhibentur; huc accedunt urbes, quarum foederis magistratus in uno et altero titulo occurrunt: *Anthedon* (C. I. 1593. Keil. S. I. B. X. p. 69. Girard. Bull. de corr. hell. I, 208), *Oropus* (C. I. 1593; de cuius urbis rebus cf. Prellerum B. d. S. G. d. W. IV. p. 170 sqq.), *Haliartus* (Lolling. l. l. p. 87.), *Lebadea* (ibid.), *Hyettus* (Rang. n. 1217 cf. Keil z. S. p. 573 Athen. I, 490—95. Bull. de corr. hell. II, 493 sqq.), *Acraephia* (Bull. de corr. hell. I, 210.), *Chorsia*²⁾, cuius urbis catalogo militum archontem foederis praescriptum videmus (Athen. IV, 215), *Copae*, quam liberam fuisse foederis urbem Boeckhius suo iure inde colligit, quod „suam habet militiam et militares magistratus“ (C. I. 1574. cf. p. 728. a.), *Thisbe*, cuius civitatis boeotarches commemoratur (ib. 1626.), *Chæronea*, cuius boeotarcham ex Antoninorum aetate supra laudavimus. Videmus igitur, id quod Boeckhius conjecturis acutis nisus suspicatus erat, Haliartum, Lebadeam, Acraephiam, Chæroneam fuisse participes foederis titulorum auctoritate confirmari. Hyettum et Chorsiam foederatis civitatibus adnumerandas esse nunc primum titulus exploratum habemus.

Quoniam universe, quae dicenda videbantur, de foedere exposuimus, nunc de foederis magistratibus, quos in antecedentibus obiter attigimus, accuratius est disserendum. Ac primum quidem dicendum videtur de archonte, summo foederis magistratu, quem non „semper Thebanum“ fuisse, id quod Boeckhius opinabatur collato titulo Orchomenio (C. I. 1593), primus docuit Keilius (S. I. B. p. 7), cuius viri sententiam confirmari titulus supra allatis vidimus. Neque mirum, quod ita est factum. Licet enim Thebani ea aetate, qua principatum tenebant, nisi suos cives nullos ad eum magistratum admiserint, tamen urbs ab Alexandro diruta, „nunquam posthaec vires resumpsit etsi a Cassandro restituta“ (Schoem. ius publ. Gr. p. 408. Tittmann gr. Staatsvf. p. 704). Quatenus archontis patuerit auctoritas aut quibus muneribus illi fuerit fungendum, neque inscriptionibus docemur, quippe ex quibus praeterquam quod inde nomen eum anno dedisse videmus nihil eluceat, neque aliunde petere licet, cum ne unus quidem scriptor eius magistratus mentionem fecerit. Quamquam autem fere in unum annum creari solebant archontes, tamen interdum factum videtur esse, ut idem vir identidem eo magistratu ornaretur — id quod in aliis foederis magistratibus, qui annui erant, accidisse Pelopidae exemplo discimus (Plut. Pelop. 15. Diod. Sic. 15, 81.) — Illud ut nobis persuadeamus adducimur militum

1) cf. Hertzberg d. Gesch. Grchld. unter d. Herrsch. d. R. I. p. 510. not. 72.

2) Duplici forma et *Kόρσειαι* (*Kόρσεια*), quae est apud Diod. Sic. XVI, 58. Dem. de falsa leg. 385. cf. Harpoerat. s. v. et *Xορσεῖαι* s. *Xορσεῖα* hanc urbem scribi esse solitam ex hoc titulo apparent. Idem statuendum esse de Locridis urbe testis est Steph. Byz., qui pro *Κόρσεια*, quam formam a Pausania (IX, 25. 4) scriptam videmus, scribit *Xορσεῖα* (Bursian, Geogr. v. Griech. I. p. 193 not. 1. et p. 243 not. 1.)

catalogis Hyetti nuper repertis (Girard. Bull. de corr. hell. II, 493), quorum in binis eundem communis concilii archontem offendimus, quos non eidem anno tribui posse inde efficitur, quod ibidem alii comparent urbis magistratus. n. 1. *Φίλωρος ἀρχοτος Βουοτῆς, ἐπὶ πόλιος δὲ Θρασοῦντά, πολεμαοχιόντων Δαμοξέντοι Προπλίδαι, Καλογίκη Κλισθενίος, Πολιονγάριος Δαμοχαρδαίος, γοαματιδδοτος Προπλίδαι Δαμοξέντω, τῷ ἀπεγράφατο ἐμ πεκτοφόρων. n. 3. Φίλωρος ἄ. B. ε. π. δ. Εύμελη, π. Φαραξάνδρῳ Διογουσοδώρῳ, Δαμαγάδῳ Μησέπλῳ, Ισμεινίᾳ Ισμεινίᾳ, γρ. Πινθοδόρῳ Έμασώνδαι, τ. ἀπεγράφατο ε. π. n. 5. Δαματρίω ἄ. B. ε. π. δ. Προπλίδαι π. Δάμωρος.... ὄνδαι Κάλλων Κάλλων(ος)...).αο Καριστόνος γρ. Δαμαγάδῳ..... n. 6. Δαματρίω ἄ. B. ε. π. δ. Νικαστόνος π. Πονθορέτοις Δαμονίκῳ, Φιλοστράτῳ Τελεσίπλῳ, Τιμαστόνος Τιμαστήν, γρ. Καριστόνος Πολιονμε(β)λω τ. ἄ. ε. π. Conciliū archontis nomen praeфиксū esse non modo decretis ipsius foederis, verum etiam singularum civitatum supra vidimus ex titulo Chorsiensi (p. 3). Ut hac inscriptione sic reliquis civitatum singularum, ubi nomen archontis foederis praecriptum est (exceptis Oropiorum titulis, qui quoad differant a reliquarum urbium infra dicemus), continentur catalogi conscriptorum.*

In designandis archontibus Boeoti ea scribendi ratione uti solebant, ut aut nihil ponerent nisi archontis nomen (ut factum videmus in proxeniae decreto C. I. 1565) aut adderent et patris et urbis, cuius civis erat, nomen (ib. 1593 *ἀρχοτος Σαμίαο Ισμεινίτεαο¹⁾ Θειβήω. Keil. S. I. B. X. p. 69; *ἀρχοτος Βουοτοῖς Φιλοκόμῳ Ά(ττ)ηγ(ετε)ίοις Θεσπε(ίοις)²⁾* Lolling. I. l.: *Εὐμελίῳ ἀρχοτος Επικονδείῳ Κορωνέως*). In singularum civitatum titulis archontem foederis praecriptum vides urbis archonti, neque aliam scribendi formam reperies nisi hanc: *τοῦ δεῖρα ἀρχοτος τῆς Βουοτῆς* (s. *τοῖς Βουοτοῖς*) ἐπὶ πόλιος δὲ τοῦ δεῖρα (ἐπὶ δὲ πόλιος Athen. IV, 215), aut civitate diserte indicata velut C. I. 1578: *Κτειστόνος ἀρχοτος Βουοτῆς, Ερζομενίς δὲ Καρισίκω* cf. Ussing. inser. ined. n. 52 (Lebas. n. 624) Keil. S. I. B. II. p. 3. C. I. 1575.*

Oropiorum titulos, in quibus archon foederis comparet, a reliquis differre diximus, atque primum proxeniis (Preller. Ber. d. S. G. d. W. IV. n. 5 et 6), et decreto, quod ad Amphiaraium pertinet, eum praecriptum videmus, cum reliqua urbes ex eo tempus non designarent nisi in catalogis militum, deinde singularem in iis offendimus scribendi rationem: *ἀρχοτος ἐπι ζωνῷ Βουοτῶν* (C. I. 1570. a. Preller. I. l. n. 5 et 6), postremo in duobus eiusdem urbis titulis (C. I. 1570. a. Preller. I. l. n. 6) post foederis archontis nomen archon urbis desideratur.

E re videtur esse apponere indicem, quamvis imperfectum, Boeoticorum archontum, qui in inscriptionibus comparent, quorum numerus haud paucis auctus est, ex quo Boeckhii Corpus in lucem prodiit; cui cum quattuor tantum archontum nomina (*Σαμίας* C. I. 1593. *Κτειστάς* 1573. *Χαροπίνος* 1575. *Στράτων* 1570) innotuissent, nobis indicem 25 nominibus locupletatum proferre licet. Quo in numero tres sunt *Ἄριστος*, *Νικόλαος*, *Ἄγεσινίος*,³⁾ quorum aetas paullo

1) Ita legendum esse, non *Ισμεινίταο* quod proposuit Boeckhius, demonstrat Lebasii apographum I. l. n. 616.
2) Lebas. n. 583: *Α... Η... ΗΩΘΕΣΗΙΙΕ...*

3) Athen. III. p. 479 sq. ed. Cumanudes, τίδε χρειματα συνεβάλλοντο ἐν τοῖς πόλεμοι | (οὐ) ἐπολέμων? *Βουοτοῖς πε... | (π)οττοῖς δαεβίοντας τὸ ιαρόν τὸ Απόλλωνος τῷ | (Η)ονθίῳ.*

Ἄριστινος ἀρχοτος Άλιν(η)οι..... | προσγένες Χάροψ Δάδωνος: Άριστο .. | Άνακτορίες τριάκοντα μῆνας: προσγένες..... | Φόρμων: Άρχοντος Τέρεος—— | Βυζάντιοι: χρονοί Δαμναζανῶν οτ(ατεράς)..... | ὅρδοισοντα πλέταρας: ἀργυρίῳ Άτ(τιζῶ δρα) | χιλία δεκατέσσερες διάρτησαν | το χρονοί Κερζίνος Ειροτίνο ΆΓ..... | (Δ)ηιοπτίχω, Αιωνίοντος Ειρανίοντος | Άθαράδωνος: Αιωνοίοις: Τερε/..... | πρόδετος: Βουοτῶν (?) ειδίας: Άτ..... | Νικολάω ἀρχοτος Άλιν(η)οι..... | ἄλλας τριάκοντα μῆνας ΕΙ..... | προσγένες Άλιν(η)ον Θεο/..... | Άλεξάνδρου Λιων

accuratus definiri potest; cum ex argumento tituli, qui quin ad bellum Phocense quod dicitur sacrum pertineat, dubitari nequit, appareat, eos intra annos a. Chr. n. 355 et 346 foederi Boeotorum praefuisse. Reliquorum aetatem definire non licet nisi quod, quo fere saeculo fuerint, viri docti probaverunt. Assignandi sunt eidem aetati *Φιλόχουμος* Thespiensis (Keil. S. I. B. II, p. 3 et X, p. 69) et *Εύμειλος* Coronensis (Lolling. I. I. p. 87), idem enim *'Ονίμαστος Νικολάιος* Thespiensis theorus in utroque titulo comparet. Hos intra annos a. Chr. 316 et 240—200 fuisse veri non dissimile est (cf. Lollingium, qui I. I. de horum titulorum aetate scripsit). *Σώστροτος* (Athen. IV, 215) et *Προστίμαχος* (Ussing. inscr. ined. n. 52) propter dialectum Boeoticam haud scio an ante ann. 200 fuisse censendi sint. Tertio saeculo tribuendum putat *Δονσίμερασ(τορ?)* Foucartius (Bull. de corr. hell. I, 209). Postremo sunt enumerandi archontes, quos Hyetti catalogis peltastarum praescriptos videmus. De aetate titulorum illorum Cumanudes haec habet verba (Athen. I, p. 496 sq.): „Σχῆμα γραμμάτων ἔχοντι πολλὰ τὸ τῶν Ῥωμαϊκῶν χρόνων, τινὰ δὲ ὡς γαλνεται καὶ πολλαιοτέρων ... Ῥωμαϊκοὺς δὲ χρόνους λέγοντες ἐποοῦμεν μᾶλλον τοὺς πρὸ Χριστοῦ. Εἰς τοῦτο δὲ κατέφευξεν, διότι οὐδέποτε ἵζετος Ῥωμαϊκῶν ὄνομάτων κνοῖον βλέπομεν“ κτλ., saeculo igitur secundo vel primo a. Chr. n. sunt assignandi. Archontes hi sunt: *Ἀγαθοχίδας*, *Ἀπολλόδωρος*, *Ἄριστος*, *Εὐμαρίδας*, *Ποτιδάῖχος*, *Καρισίας*, *Καρισότιμος*, *Κτεισίας*, *Νικίας*, *Θιότιμος*, *Φιλόξενος* (Athen. I, 490—94); *Φίλων*, *Ἴππαρχος*, *Δημάρχος*, *Εὐκλίδας*, *Ἄριστόμαχος*, *Διογούνειος* (Bull. de corr. hell. II, 493 sq.).

Atque de foederis archonte hactenus; sequitur ut disseramus de boeotarchis¹⁾, quorum concilium lapidibus septem incisum videmus, ex quibus tres tantum integros aetatem nostram tulisse dolemus. Unum ex his apponendum curamus atque, etsi plenior est inscriptio Corporis Inscr. Gr. 1593, tamen eligendum putavimus eum, quem Lolling. edidit in Mittheilg. d. deutschen arch. Inst. in Athen III, p. 87; qui libellus vereor ne paucorum nostratum in manibus sit.

Εὔμειλος ἀρχοτος Ἐπικουρέως Κορονέως
Τοῦ Ἀπόλλωνι τὸν τρίποδα ἀνέθειαν Βοιωτοὶ μαρτενα-
μένοι τῷ θεῷ καὶ ἀποδότος τὰν ἀγαθὰν μαρτελαν,
Βοιωτοὶ ἀφεδματενόντων Εὐστυμοδώῳ Πυθονίῳ Ἀι-
5 αρτίῳ Φίλιππῳ Άριστοχατέω Θεισπεί(ο)ς Μοιρίζῳ Εύθύμῳ Πλατ-
αι(ο)ς Τολακος Άντιδωρῳ Θειβήῳ Τερψίᾳ Φορυσκίῳ Ερχομενίῳ
Μ....τοι Θεδωρίδαο Λεβαδηίῳ, Αμεινονίεο Αμεινίαο Ταν-
αγρίῳ Όρ(ν)μάστο Νικολάιο Θεισπείος μάρτιος.

Similia Boeotorum decreta continentur titulis his: Keil. S. I. B. X. p. 69: eidem deo tripodem, ut recte conicit editor, devovent; C. I. 1593: Gratiis Orchomenii tripodem dedicant; Bull. de corr. hell. I, 208: eandem ut videtur rem Jovi liberatori, qui Plataeis colebatur, sacram esse volunt; notandum est, quod in hac inscriptione ἀφεδματενόντων genitivum iunctum vides cum nominativis nominum boeotarcharum velut *Δωρόθεος Άριστέαο Πλατηνές*, *Ε... Ισιηγίχο Θειβήος*. Eidem decretorum generi adnumerandum esse titulum, quem prope

*Ποίνη... | Άγειροντικων ἀρχοτος Βιονάρτιοι... | ουθο ἄλλος πεντακατιος στατεῖγα(ς, χρν-) | α)ως Δαμ-
φασαρώς ἐν τὸν πόλεμον τὸν ὑπερ τὸν | ιαρὸν τὸν ἐν Βελφοῖς ἐπολέμιον Βοιωτ(.... | σινεδροι EINI? ζαν Σωτης
Καρατίχο | Η)αριτίνος Ηγράπον.* Recensus est pecuniarum, quibus Boeoti illo in bello adiuti sunt.

1) De boeotarchis scripserunt C. O. Müller. Orchomenos, 397² sq. Klütz de foedore Boeotico p. 78 sqq. Boeckh. C. I. Gr. p. 729, alii.

eandem urbem repertum edidit Rangabeius n. 1217, primus vidit, qua fuit sagacitate, Keilius z. S. p. 571. Confirmatur viri docti sententia paucis eisque levioribus mutandis apographo huius inscriptionis nuper a Girardo (Bull. de corr. hell. I, 211) edito; haec sunt verba fragmenti:

Ἀρτί?) δότω Πνυρούλω Θεισπείο(ς)
Σαμίαρο Ιαμεινικέταο Θειβή(ω)
... Αριστίλωρος Ερζουμε(ρίω
... Αριστομάχω Τειττίω
θ(ιοχ)ροπόντος Λινίαρ Έροτ(ίονος)
... Αγριγενελδαο γραμματιδδον(τος)

Accedit fragmentum eiusmodi tituli (Bull. de corr. hell. I, 210), ex quo nisi Acræphienses et Orchomenios boeotarchas stitisse nihil elucet. — Idem concilium adscriptum vides duobus proxeniarum decretis foederis Boeotici C. I. 1565: Θεδε τίχα(ν) .. οτέ(λ | ι)ος ἀρχοντος ἔδοξε | τῷ δάμῳ πρόσενον | εἶμεν Βουοτῶν καὶ εἰς | φύταρ Νόβαρ Άξι | οὐβο Καιραδόνιον καὶ εἴμεν (F)οι γάς καὶ (F)οικία | σ επασιν καὶ ἀτέλλαν | καὶ ἀσοντίλαν καὶ κα(γγ)α(ν)ο(ν) | καὶ κατ(θ)άλατ(τ)ον καὶ πο | λέμω καὶ (λ)οά(ρα)ς λ(ώ)σας. | (B)ουοταρχιό(τ)ον Τιμο... | Ατρόναο, .οίνονος, Πε | —— ονος, Ιππιδος, (E)όμαριδαο, | Π(ασιλ)ωνος. et Lolling. I. I. p. 93, qui titulus valde mutilatus est; ita autem differunt hi tituli ab antecedentibus, ut neque patris neque urbis nomen additum sit. His adiciendi sunt ii tituli, in quibus singuli exhibentur boeotarchae: 1. inscriptionis Lebadeensis, quam edidit Rang. n. 1311; eius initium hoc est: *B*ουοταρχοντος Αριστοδίκω Θυναρχίδαο, quem eum esse boeotarcham, qui a Lebadeensibus ad commune concilium missus esset, recte perspexit editor. 2. boeotarches *M*. Οὐλπιος Νεικλας comparet in titulo Thisensi; eius posteri fratri suo, qui eodem, quo prævus utitur nomine, statuam ponunt. (C. I. 1626. ex Lebasii apographo n. 376 legendum est *ΜΟΥΛΠΙΟΥΝΕΙΚΙΟΥΒΟΗΝΤΑΡΧΟΤΑΠΟΓΟΝΟΙ* non ut apud Boeckh. est *ΑΠΟΓΟΝΟΥ* cf. Keil. S. I. B. p. 146). 3. Cn. Curius Dexippus Chaeronensis aetate Antoninorum boeotarchae munere functus esse perhibetur titulo eius urbis (Henzen. I. I. Decharm. I. I. n. 16). De Proclo Megarensi (C. I. 1058) et M. Ulpio Damasippo Phocensi (C. I. 1738) boeotarchis cum nihil novi addere liceat, ablegamus lectores ad ea, quae attulit Boeckhius C. I. p. 728. b. Ex his titulis primum patet non eodem semper nomine magistratum designatum esse; et βουοταρχοντες (*βουοτάρχης* Decharm. I. I. n. 16) appellantur et ἀρχοντερένοτες¹⁾, quos non diversos fuisse a boeotarchis primus docuit Boeckhius C. I. p. 776. b. Cum ex libris scriptorum cognoscamus boeotarchas singularum civitatum exercitibus praefuisse atque, qui summam imperii obtineret, ex iis ipsis electum esse, tituli demonstrant iisdem in pace varia negotia fuisse tractanda, quae et ad rem publicam administrandam et ad res sacras curandas spectarent. Quod confirmatur et iis, quos supra attulimus, titulis et inscriptione Lebadeensi, quam edidit Cumanudes (Athen. IV, 369 sqq.), ubi in pacto, quod convenit inter ναοποιούς templi Jovis Regis et ἱερώνη, statutum

1) Eadem magistratui hic illie aliud nomen esse inditum ex scriptorum libris docemur; ut omittamus, boeotarchas ἀρχοντας appellari a Plutarcho, quod nomen ad omnes magistratus designandos usurpari soleat, eos „προταττηγόνες“ nuncupatos saepius offendimus, velut apud Plut. reg. et imp. apophthegm. p. 194. B. (Epam. 23.) ἐπει δὲ — ἵστητε θαύματον δίκην μετὰ τὸν οντοτατήγον, ὃς ἐπιβαῖον τῇ Βουοταρχίᾳ παρὰ τὸν νόμον τίσσασας μῆνας τοὺς μὲν οντατηγόντας ἐκάθιτες εἰς ξανθὸν ἀραγόντες τὴν αἰτίαν Diod. Sic. XV, 52. Plut. Pel. 29. 31. 34. haud scio an inde colligere liceat, etiam in titulis στρατηγόνις qui compareant, pro boeotarchis esse habendos. Keil S. I. B. No. XXVIII. XXX. p. 114 sq. zur Syll. p. 605.

vides v. 155 sqq. έὰν δὲ μὴ χρήται) [sc. ἔργωντες] (αὐτοὶ τῷ Στρατίῳ ἡ ἵλαιος παθασσος, ζημιωθήσεται ἢπ(ὸ τῶν ταο)ποιῶν καὶ Βουταρχῶν.

Quot boeotarchae rebus foederis gerendis praepositi fuerint si quaerimus, non est dubitandum, quin post restitutas a Cassandro Thebas septem quoque anno sint creati, cum omnes tituli, in quibus integrum collegium notatum est, septenarium numerum praestent; eundem numerum iam sexaginta annis ante boeotarcharum collegio statutum fuisse appareat ex verbis Pausaniae (IX, 13. 6 et 7.) et Diodori Siculi (XV, 53), qui totidem boeotarchs in pugna Leuctrica exercitui Boeotorum praefuisse consentiunt. At dubitamus, num ante ea tempora idem semper fuerit statutus numerus, siquidem aetate belli Peloponnesiaci undecim boeotarchs fuisse testatur Thucydides (IV, 91); neque enim cum Wilamowitz-Moellendorfio nobis faciendum putamus, qui in Hermae vol. VIII. p. 440 verba Thucydidis τῶν ἄλλων βουταρχῶν, οἵ εἰσιν ἔνδεκα, οὐ ρυτελαιούντων sic interpretatur: „Elf Boeotarchen und ein Archon (?)“ et pro ἔνδεκα scribendum censem (επτά¹); quod ut faciendum putet, movetur numero urbium, quae c. 93 septem enumerantur. Suspicatur igitur illa in pugna ad septem singularum urbium duces i. e. boeotarchs accessisse archontem (haud dubie foederis), qui summam imperii teneret. At hoc ipsum esse negandum ipsius Thucydidis verba docent, ex quibus appetat ducem Boeotorum illa in pugna ipsum quoque e boeotarcharum numero fuisse: „τῶν ἄλλων βουταρχῶν, οἵ εἰσιν ἔνδεκα, οὐ ρυτελαιούντων μάζεσθαι — Παγώνδας ὁ Ατοκάδου βουταρχῶν ἐν Θηβῶν μετ' Αραιαρδίου τοῦ Λασιμαζίδου καὶ ἡγεμονίας οὖσης αὐτοῦ...“ qua ratione haec verba ita explicentur, ut ad boeotarchs archon accessisse putetur, equidem non intellego. Adde, quod ne in Leuctrica quidem pugna archontem sed *boeotarcham* Epaminondam summam imperii obtinuisse eluet ex Diod. Siculi verbis his (XV, 52): αὐτοὶ δὲ Ἐπαμινόνδας στρατηγὸν θύμεροι, τούτῳ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἐπέτρεψαν, συμπλασόντων αὐτῷ Βουταρχῶν ἔξ. c. 53. ἔξ γὰρ ὅντων Βουταρχῶν, τοῖς μὲν φορτο δεῖν ἀπάγειν τὴν δύναμιν, τοῖς δὲ μένειν καὶ διαγωνίζεσθαι· ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Ἐπαμινόνδας συνεξαρθρούμενος... (Paus. IX, 13. 6 et 7). Contra rectissime monet idem vir doctus anno a. Chr. n. 171 duodecim fuisse boeotarchs, id quod aliqui vir doctus coniecit Livio auctore ductus, certe ex iis Livii verbis, quae huc spectent, colligi non posse; ibi enim (42, 43) Boeotarchae — qui exiles Thespiae concesserant, „inde — Thebas iam mutatis animis revocati decretum faciunt, ut duodecim, qui privati coetum et concilium habuissent, exilio multarentur“. Iis, quae de perditatus praefectis disputavit, nisus Wilamowitz-Moellendorffius idem de equitum ducibus statuendum censem, ita ut ad singularum civitatum ductores octavum hipparchum foederis accessisse putet. Quod ut sentiat adducitur titulo Thebano, quem in Hermae vol. VIII, 431—441 publicavit atque commode ita transcribendum curavit.

Μήκον τάχοντος ἀνταπολογία²) Ἰππάρον Πομπίδον

Λῆμμα

τὸ παρὸ δ τῆς πόλεως	βουτίον	2100
ἄλλο λῆμμα· ἵππον τῶν ἀποπραθέντων		
Φιλέον, ὃν ἐποίατο Ἐρούνδης	χαίκον δοσιζμὸν	8(5)
Φοντίσκον, ὃν ἐποίατο Ειναρούίδας		
ἄλλο, ὃ ἐποιάμενθα παρὰ Καρισοδώφου .	συμμαζίκον	86
		110
	Kęg.	2381

1) Sententiam probavit Lollingio, l. 1. p. 89.

2) Ita scribendum esse pro *ἀπολογίᾳ*, quod v. W.-M. scripsit, testatur Lolling. l. 1. p. 90.

	<i>ιν τούτῳ ἀργυρίου</i>	2210
	<i>καὶ χαλκοῦ</i>	171
<i>ἄλομα</i>		
<i>Κλεονί Πολυξένος</i>	<i>ἀργυρίου συμμαχικοῦ</i>	280
<i>Αἰσχολίων</i>	<i>ἀργυρίου συμμαχικοῦ</i>	210
<i>Ἐρμαίω Χαροκλέους</i>	<i>ἀργυρίου συμμαχικοῦ</i>	140
<i>Τιτανοδόχοφ Αγασίωνος</i>	<i>ἀργυρίου συμμαχικοῦ</i>	175
<i>Φιλέα</i>	<i>ἀργυρίου συμμαχικοῦ</i>	280
<i>Φρυνίσκω</i>	<i>ἀργυρίου συμμαχικοῦ</i>	280
<i>Μηνιστέρω</i>	<i>ἀργυρίου συμμαχικοῦ</i>	245
	<i>στήλης Ασωποδώρῳ</i>	<i>7½</i>
	<i>Ηοακλείδῃ ἀρτάμησιν τοῦ βοός</i>	5
	<i>Καιρισθώρῳ ἀργυρίου συμμαχικοῦ</i>	
	<i>δοαζαμῶν ἵσατὸν δέκατημήν χαλκοῦ</i>	<i>137½</i>
		1760
	<i>ιν τούτῳ ἀργυρίου</i>	1(6)10
	<i>καὶ χαλκοῦ</i>	150
<i>λοιπὸν</i>		621
	<i>ιν τούτῳ ἀργυρίου</i>	600
	<i>καὶ χαλκοῦ</i>	21.
<i>τοῦτο διελάβοσαν οἱ ἵππεῖς.</i>		

Licet Pompidas ille non disertis verbis foederis hipparchus appelleatur, licet pecunia, quae equitatui est solvenda, „*ἰκ τῆς πόλεως*“ numeretur, tamen vir doctus equitatum non Thebarum ipsarum, sed totius foederis vult intellegi duabus de causis; primum enim, quamquam non eadem merces omnibus equitum praefectis solvatur, tamen cum neque ulli certi honorum gradus distinguantur neque verisimile sit, ut in unius urbis equitatu tot duces diversi ordinis fuerint, omnes eodem dignitatis gradu fuisse censendum esse. Quos si quis statuat singularum foederis urbium ductores fuisse, facile intellegi, qui fieri potuerit, ut ii pro turmarum, quibus praecessent, magnitudine minorem maioremve mercedem acciperent. Alteram causam eam profert v. d., quod septenarius numerus congruat cum boeotarcharum numero; ut igitur ad peditatus septem duces (boeotarchs), sic etiam ad totidem equitum praefectos octavum, hipparchum foederis, qui summae rerum praecesset, accessisse. At hoc ipsum cum supra de Boeotorum peditatus ducibus refutaverim, ne de equitum quidem praefectis foederis statuendum puto, ita ut mihi quidem, quod septem enumerantur viri, quibus ab hipparcho pecunia praebeatur, non demonstrare videatur de foederis ducibus h. l. esse sermonem. Quod ad alteram, quam priore loco attulit causam, confiteor me non habere, quod opponam sagacitati viri docti, quamquam non nego me non intellegere, qui fieri potuerit, ut universi foederis equitibus quamvis paucis 621 tantum drachmae solverentur; neque verisimile mihi videtur totum equitatum tertiam partem eius pecuniae, quae ducibus solvit, accepisse. Fateor me invitum haec opposuisse, cum nesciam, quid melius de hac inscriptione proponam, ita ut cogar in medio relinquere, utrum Pompidam Thebarum an foederis hipparchum fuisse statuendum sit, donec similes tituli reperti vel alia praesidia huic rei lumen attulerint.

Scribam concilii tribus titulis commemoratum videmus C. I. 1593 et Rang. n. 1217., ubi una cum reliquis Boeotorum magistratibus comparet, et in epistula (Keil. S. I. B. XXXI. v. 51. p. 118.), quam commune Boeotorum (aetate imperatoris Gai) Acraephiensium civitati mittit, quae incipit hisce verbis: (*τὸ ζωγρόν Βοιωτῶν καὶ ὁ γραμματεὺς τοῦ συνέδρου Ζόπυρος (Αγα)μένος*) (cui negotium epistulam scribendi demandatum erat) *Ἀκοληθεών ἀρχοντος καίσιν.*

Postremo adnumeramus theorum (*μαντευόμενον*) C. I. 1593. Keil. S. I. B. X. p. 69. Lolling. I. l. p. 87. et oraculorum interpretem (*θεοπρόπον*), quem item foederi assignandum esse supra p. 2. demonstravimus. Eos non ut reliquos foederis magistratus in unum annum esse creatos cum per se sit probabile, tum confirmatur duobus titulis (Keil. S. I. B. X. p. 69, Lolling. I. l.) non eidem anno tribuendis, ubi idem Onymastus Thespensis theori munere fungitur.

De singulis Boeotiae civitatibus.

Omnes Boeoticas civitates ita fuisse temperatas, ut gubernarentur et a senatu et a populo, magna inscriptionum copia docet. Ac senatus quidem, de quo primo loco dicemus, variis designabatur nominibus, promiscue enim *βοιηνήν* et *συνέδρον* (*σύνεδροι*) pro senatu usurpatum videmus. Ea verba ita inter se differre statuit Boeckhius collata inscriptione Acraephiensi (C. I. 1625 v. 41. 71. 85), ut *βοιηνή* comprehendenteret etiam archontes, qui distinguerentur a synedris (p. 730. a.). Infirmari mihi videtur haec sententia inscriptionibus, quae post Boeckhii aetatem in lucem sunt protractae. In titulo eadem in urbe reperto (Keil. S. I. B. XXXI. p. 119) haec verba exstant v. 78 sq. (*Οἱ Θηβαῖον ἀρχοντες καὶ ἡ βοιηνή καὶ ὁ δῆμος Ἀκραιφέων ἀρχοντας*) *βοιηνή*, *δήμως καίσιεν* et v. 109 sq. *δι' ἄ δὴ δεδογμένον εἶναι (τοῖς) τε ἀρχοντος καὶ τῇ βοιηνῇ καὶ τῷ δήμῳ ...*, unde appareret archontes iuxta *τὴν βοιηνήν* positos non eo nomine comprehendendi. Adde, quod titulus Orchomenius (Keil. S. I. B. IV^b p. 19 sq.) haec habet verba v. 1. *Εἰρηνάων Εὐθύμου ἔλεξε, δεδόχθαι τοῖς συνέδροις καὶ (τῷ) δάμῳ*, cf. v. 14; eadem verba obveniunt in duabus decretis Acraephiensium Bull. de corr. hell. II. p. 508, *δεδόχθη τοῖς συνέδροις καὶ τῷ δάμῳ...* et Keil. S. I. B. XXXIII. p. 132, *δεδογμένον εἶναι τοῖς τε συνέδροις (καὶ) τῷ δήμῳ...* quibus in titulis synedros non distingui ab archontibus, immo eo vocabulo *ἀρχοντας* et ipsos comprehendendi nemo non videt.

Ut ex pluribus titulis Tanagraeis appareat, eodem modo, quo apud Athenienses comitia ita instituebantur, ut civis quidam populum in suffragium vocaret (*ἐπεψήρει, ἐπεψάφει*. C. I. 1562. 1563. Athen. III, 475. IV, 210 sq. 291—93. Hermes XI. p. 97 sqq.), quod fueritne usitatum in aliis civitatibus, quamquam verisimile est, tamen nulla confirmatur inscriptione; in reliquis enim is solus commemoratur, qui sententiam dicebat, id quod apud Boeotos designatur aoristo „ἔλεξε“ (Tanagrae in titulis supra laudatis, Orchomeni C. I. 1568. Lebas. n. 35¹); Thespis Keil. S. I. B. I., idem z. S. p. 537. Chorsiae Athen. IV, 215., addenda sunt decreta Aegostheniensium Boeoticis adnumeranda cf. Boeckh. Berlin. Monatsb. 1857. p. 485. Foucart. ad

1) „ἔλεξε“ aoristum non imperfectum „ἔλεγε“, quod praebuit M. H. E. Meierus „die Privatschiedsrichter u. d. öffentl. Diätet. Athens. p. 48. rep. Keil. S. I. B. IV^b. hac quoque in inscriptione scriendum esse Lebasii (n. 35) et Rangabeii (n. 703) apographis discimus.

Lebas. n. 1. 2. 3., ubi eadem forma occurrit). Atticorum „εἰπε“ praeter unum Lebadeensem (Athen. IV, 376) soli Oropiorum tituli (C. I. 1566. 1570. a. Preller. I. l. IV. n. 5. 6. 7. 8. 9. 11) habent. Nonnunquam factum videtur esse, ut plures de eadem re rogationem proponerent, id quod apparere videtur ex Keili S. I. B. n. XXXI. v. 80, ubi exstant verba *Ἐπειδὴ Σίμων καὶ Πολειτεῖδας ἔλεξαν*, neque enim dubium putarim, quin recte Ulrichsius, qui primus edidit hunc titulum in „Reisen u. Forschungen in Griechenland“ I. p. 250 sqq., eiusmodi verbum suppleverit, nisi quod pro *εἶπον*, quod vir doctus proponit, collatis reliquis Boeotorum titulis *ἔλεξαν* substituendum puto. Forma plenior occurrit in decreto Lebadeensium (Athen. IV, 376), ubi exstant verba: *Ἄθανας Αημαρέτου εἶπε πρὸς τὰς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον τὸ φίγισμα, ὃ γάρ εἰ ἐπεδή κ. τ. λ.*; ex his verbis colligere posse mihi video apud Lebadeenses sicut Athenis moris fuisse rogationes litteris consignare, priusquam ad senatum populumque ferrentur; idem confirmatur verbis tituli Oropii (C. I. 1570. b.) his: *κατὰ τὸ φίγισμα, ὃ ἔγραψε Πλόγης*.

Usu venisse apud Boeotos, ut certae quaedam rogationes non ratae fierent, nisi antea in contione essent propositae, compluribus docemur titulis. Talia προβούλευματα commemorata vides 1. in Oropiorum inscriptione (C. I. 1570. a.), ubi haec verba usurpantur: προβούλευμέρον αὐτῷ εἶναι πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον. 2. in Thespiensium proxeniae decreto (Lebas. n. 497. Rang. n. 705. Keil. z. S. p. 537.), in quo scriptum legimus (*προβούλευμέρον*) εἶμεν αἱ(ν)τον δῆμον 3. in titulis Aegostheniensium, ubi simplicior occurrit ratio dicendi: προβούλευμέρον εἶμεν αὐτῷ (Lebas. n. 1. et 2. Boeckh. I. l.).

Quibus de προβούλευματα priusquam dicamus, disserendum videtur de Oropiorum, quem primo loco memoravimus, titulo. Neque enim cum Boeckhio mihi faciendum puto, qui hoc decretum foederi Boeotorum assignandum censuit¹⁾; quod ut faceret ea potissimum causa ductus videtur v. d., quod solus foederis, non ullius civitatis, praefixus est decreto archon. „Nihil quidquam“, inquit, „in titulo de Oropo dictum est.“ At certe eum, qui sententiam dixit, civem Oropium fuisse verisimillimum est; idem enim nomen *Πλόγης*, quod nusquam praeterea occurrit, in titulo Oropio comparet (Preller. n. 7). Maxime autem moveor, ut hunc titulum pro Oropio habeam, alio eiusdem urbis titulo, qui, cum idem exhibeat foederis archon *Στράτων* atque idem Amphiaraei sacerdos *Εὐχράτης*, eidem anno tribuendus est (Preller. I. l. n. 6). In quo incisum est proxeniae decretum, quod quin ad ipsam Oropiorum civitatem non ad foedus Boeoticum pertineat, dubitari nequit; ne in hoc quidem decreto archon urbis notatus est, immo vero annus non designatur nisi ex archonte foederis et sacerdote Amphiaraei. Adde, quod ipsa scribendi ratio Oropiorum decretum sapit; primum enim ad archontem foederis designandum non ut in reliquis Boeotorum titulis verba usurpantur: *ἄρχοντος τοῖς Βουτοῖς* (cf. p. 4) sed *ἄρχοντος εἰν τοῖς Βουτοῖς*, deinde pro „ἔλεξε“ — forma Boeotis usitata — Oropiorum „εἶπε“ scriptum vides, postremo „δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ“ verba exarata sunt, quam et ipsam dicendi rationem Oropiis solis usitatam fuisse videbimus pag. sq. Quae cum ita sint, non iniuria nobis colligere videmur decretum illud Oropiis, non foederi Boeotorum esse assignandum, ita ut illis temporibus eam civitatefi res Amphiaraei curasse statuendum esse putemus. Quae si recte disputavimus, ne προβούλευμα

1) Assentitur Keilius S. I. B. p. 34. — Prellerus Oropiorum quidem senatum populumque decernentem facit, sed ita ut decretum confirmetur a foedere Boeotico, id quod ex tituli certe verbis non patet (I. l. p. 186). Schoemann Ius publ. Gr. p. 408, 38. inscriptionem solorum Oropiorum esse contendit nullis causis allatis.

quidem, cuius in hac inscriptione mentio fit, in communibus Boeotorum comitiis sed in Oropiis institutum esse patet. Neque verba Diogenis Laert. II, 142: δέτριβε Μενίδημος ἐν Ωφωπῷ ἐν τῷ τοῦ Αμφιάρεω ἱερῷ, ἔνθα χονδὼν ποτηρῶν ἀποκομένων, καθά φησιν Ἐρμιππος, δόγματι κοινῷ τὸν Βοιωτῶν ἵκελεύσθη μετεκθέντι, quae Keilius (S. I. B. p. 34.) ad probandam Boeckhii sententiam attulit, ea quae proposuimus infringere nobis videntur, quod unum vel duo saecula intercedant inter hanc inscriptionem et ea, quae ibi narrantur (Preller. I. l. IV. p. 185.)

In προβούλευμασιν, ad quae redimus, explicandis liceat nobis repeteret, quae Boeckhius statuit: „non rata fuisse decreta, nisi bis proposita, ita ut primum decerneretur de quaue re προβούλευμα — deinde vero in proximis comitiis eadem res iterum proponeretur et tum demum rata esset, si in iteratis comitiis esset decreta.“ Sed asserendum est aliud προβούλευμα, quod magnam praebet difficultatem. In titulo Tanagraeo, quem edidit Cumanudes (Athen. IV, 292), haec exstant verba:

Μνάσων Εὐβόλω

Εὐβόλου τὸν (πατέαν ἀνέθεικε τοῖς θεοῖς?

Ἄσταροτορος ἄρχοντος προξενή· βώλα· Προστατη(ρί)οις μετὸς επειράσιδδε

Σωσιοράτης, Μνάσων Εύμηλος ἔλεξε · προβεβολε(ν)σθαι τὰ βώλα, πρόξενον εἶμεν καὶ εὐεργέταν τὰς πόλιος Ταναγρίων

5. Θιοκλῆν Άγωνος Ἐλατεᾶ αὐτὸν καὶ εἰσγόντως
καὶ πολέμῳ καὶ εἰράνας λόσας καὶ κατὰ γῆν καὶ ...
εὐεργέτης τὰς πόλιος γέροντη.

Πολυξέν...

Nomina maioribus litteris scripta, quae in superiore et inferiore tituli parte sunt, editor doctus inscriptionem statuae fuisse suo iure censem, ita ut *Πολύξεν*(os vel — *ιδης*) designet artificem, postero tempore Tanagraeos (id quod alibi saepius factum est¹⁾ in eodem lapide proxeniae decretum inscribendum curasse. Verba ipsius decreti sane difficillima sunt ad intellegendum. Pro eis, quae post προβεβολε supplenda putavit Cumanudes *υσθαι τὰ βώλα*, scribere malim collato titulo Thespiensi (p. 10) (*προβεβολε*)*νμένον αὐτὸν εἶμεν ποττὸν δάμον*, nam Cumanudes affirmit fortasse plura excidisse, quam quae suppleverit. At qui tandem explicatur nominativus *βώλα* v. 3? Colligas decretum senatus titulo contineri, eius modi enim decretis apud Atticos nominativum „*βούλη*“ praescribi solere perspicuum est ex C. I. 124. (cf. Franz. elem. epigr. Gr. p. 182. solemnis est nominativus ut saepius *επικήσια* in talibus titulis C. I. 105. 112. 113. 122. cf. Boeckh. C. I. p. 153. a.). Sed ex ipsis elementis προβεβολε cum, quidquid supplebis, appareat rem iam semel aut in contione aut in senatu propositam nunc ratam fieri, decretum senatus in his non posse inesse nemo non videt. Videant doctiores me, quid de hoc titulo sit indicandum; modo ne illudamur quadratarii vitio.

Decretis ipsis designandis inserviunt verba: *ἔδοξε* (*δεδόχθαι*, *δεδόχθη* τῷ δήμῳ (*τῷ δάμῳ*, *τοῖς δάμοι*) (C. I. 1562. 1563 a. b. 1564. 1568. Keil. S. I. B. I. Athen. III, 475. IV, 210. 211. 215. 291. 293), *δεδόχθαι τοῖς συνέδοις καὶ τῷ δάμῳ* (Keil. S. I. B. IV^b. p. 19. XXXIII. p. 132.), *δεδόχθαι τῇ βούλῃ καὶ τῷ δήμῳ*, quae scribendi forma a solis Oropiis usurpatum (C. I. 1570. a. Preller. I. l. n. 4—10. eorum unus titulus simplicem formam praeberet *δεδόχθαι τῷ δήμῳ* C. I. 1566.). Singularis scribendi ratio occurrit in decreto Thebano aetati imperatoris Gai assignando

1) cf. Ulrichs, Mus. Rhen. II, p. 551.

(Keil. S. I. B. XXXI. v. 109 sq. p. 119.), ubi sunt verba: δι' αὐτοῦ δῆμος ἀρχοντος εἶναι (τοῖς) τε ἀρχοντοις καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δῆμῳ.

Sequitur, ut dicendum videatur de singulis civitatum magistratibus; inter quos summum fuisse archontem constat, quippe ex quo anni designarentur. Neque magis quam de foederis archonte cognitum habemus, quibus negotiis huic magistratui fuerit fungendum. Quot archontes accesserint ad archontem, qui dicitur eponymum, aut num omnino in unaquaque civitate plures fuerint archontes, dijudicare non licet. Thebis plus unum fuisse saeculo p. Chr. n. primo patet ex inscriptione, quam supra laudavimus (Keil. S. I. B. XXXI. v. 109 τοῖς τε ἀρχοντοις καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δῆμῳ); eodem autem in titulo et C. I. 1625, v. 41. Aeraephiae quoque, in oppido sane minoris potentiae,¹⁾ plures occurrunt archontes. Keil. I. I. v. 79. οἱ Θηβαῖοι ἀρχόντες καὶ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος (Ἄρχοντες βουλῆς, δήμων χαλέπεια; lacuna quin recte ita suppleatur non dubium est, praesertim cum plures eiusdem urbis archontes fuisse probetur C. I. 1625, v. 41. Magistratus archontis eponymi appellatur ἀρχὴ ἡ μεγάστη C. I. 1625 v. 10. (cf. Cassium Dion. 69, 16 qui de imperatore Hadriano haec habet verba: Τά τε Διονύσια, τὴν μεγάστην παρ' αὐτοῖς (Ἀθηναίοις) ἀρχὴν ἀρχαῖς — ἐπετελεσσεν) atque ipsum ἐπώνυμος adiectivum eis indi certe imperatorum temporibus apparuit ex titulo Lebadeensi (Eph. arch. 2355, Keil. z. S. p. 590), cuius initium est: Οἱ ἐπώνυμοι ἀρχῶν καὶ ἀγωνοθετῶν...; haud scio an hoc referre liceat fragmentum tituli Thespis reperti (Lebas. n. 411 accuratius transcripsit quam Pittakis. Eph. arch. 2439),

ΤΟΝΕΠΟΩ

ΦΑΑΡΧΕ

ita ut suppleatur:

τὸν ἐπώνυμον ἀρχόντα....

Φιλαράτος Αρχόντα?

Annum fuisse magistratum archontis cum per se constet, tum confirmatur diserte titulus Orchomeniis (Eph. arch. 817. Rang. n. 1005)

.... εἴτε Πύθωνος γυμνασιαρχήσαν·
τα εἰς τὸν εἰπεῖ Νίκωνος ἀρχόντος ἐμαντόρ

et C. I. 1569. a. III, 40. ὁ ἐμαντός ὁ μετὰ Θύραζον ἀρχόντα Ἑρζουείν.

Quibus dicendi formis utantur in eis titulis, quibus communis Boeotorum concilii archon praefixus est, supra vidimus p. 4. In reliquis, ubi archon foederis desideratur, archon primum tenet locum, exceptis duabus inscriptionibus Thespensis (catalogis eorum, qui in Museis vicerunt) aetate imperatorum exaratis, C. I. 1585 et 1586, ubi eorum, qui tempori designando inserviunt, priore loco ἀγωνοθετοῦντες, altero ἀρχόντες commemorantur. Item in duobus Orchomeniis titulis, C. I. 1579 et 1580 nomina choregorum, qui ludis Bacchicis vicerunt, archontum nominibus praecedunt. Usitatissima ratio archontes designandi est: „τοῦ δείρα ἀρχόντος“ vel praecedente participio: „ἀρχόντος τοῦ δείρα“; εἰπεῖ praepositionem cum genetivo iunctam non offendimus nisi imperatorum aetate: C. I. 1586. εἰπεῖ ἀρχόντος Αἴρ. Μουσέων et coniunctam cum ἐμαντός substantivo Eph. arch. 817. τὸν εἰπεῖ Ν. ἀρχόντος ἐμαντόρ; εἰπεῖ cum dativo semel in Thespensi titulo imperatorum aetati tribuendo occurrit: C. I. 1585, εἰπεῖ ἀρχόντι Μητροδόρῳ, quo de dativo aetate Romanorum aliquoties usurpato vide, quae Keilius S. I. B. p. 59 attulit. Patronymicum nisi in paucis titulis non additur (Thespis C. I. 1585 εἰπεῖ ἀρχόντι Μητροδόρῳ τῷ Όρησιφέρῳ; Orchomeni Lebas. n. 624. Ussing. inscr. ined. n. 52. Εὐαγόραο Φόρωνος Keil. S. I. B. I.

1) Keil. I. I. v. 18. ἥτε (πρεσβειαν) ἄλλοι παρόντες ἐξ τῶν μετέστρεψαν πόλεων ἔργησαντο.

Αμυσοδάμως Μνασιγενέως ἄρχορρος; Chaeroneae C. I. 1608 a. *ἄρχορρος Ζωΐου τοῦ Εὐάρδου,* b. *ἄρχ. Αιοκλέους τοῦ Σιμοίου.* Quod apud Athenienses imperatorum aetate factum esse M. H. E. Meierus (comment. epigr. p. 73.) exemplis allatis testatur, ut ad homonymos distinguendos nonnumquam *νεωτέρου* vel *πρεσβυτέρου* adderetur, fere idem apud Boeotos iam ante Christum natum usu venisse intellegitur duabus titulis Hyetti repertis (quorum de aetate cf. p. 5.) Athen. I, 493. n. 8: *Θρασούλαω τῷ οντέρῳ,* Bull. de. corr. hell. II, 494. n. 2: *Τιμασιθέω τῷ δευτέρῳ.*

Patria non adiungitur nisi in iis inscriptionibus, quibus archon communis concilii praefixus est, excepto uno Orchomenio C. I. 1569. a. III, ubi ad *ἄρχορρος Θυράρχῳ* additum vides *ἐπ Τεοζομενῆ*, nimirum quod ibi Orchomenii cum civi aliis civitatis pactionem faciunt.

Reliquum est, ut adiciamus indicem archontum, quos in inscriptionibus commemoratos videmus; temporum ordinem, quoad eius fieri potuit, retinere studui, quamquam saepius certis quibusdam argumentis niti non licuit. *Thebis:* *Θενύτωτεῖδες* Athen. III. 483; *Καλλιφάτης* C. I. 1576; *Τιμέας* Lebas n. 491. Keil. z. S. p. 546 sq., hic recentioris aetatis videtur esse, quod cum titulus vulgari dialecto conceptus sit tamen quaedam ex Boeotica dialecto admixta sunt. *Orchomeni:* *Θύραρχος* C. I. 1569 fortasse belli Peloponnesiaci aetati assignandus (Boeckh. C. I. Gr. p. 743. a). Hoc recentiores, at certe ante annum fere 200 sunt: *Ἄτειας* C. I. 1564 post Alexandri Magni aetatem; *Θιογνειτίδες* non ante Thebas a Cassandro restitutas (a. 316.) Keil. S. I. B. II. p. 3., de huius tempore vide, quae Loltingius disputavit contra Ulrichsium l. I. p. 92; *Τίμων* C. I. 1579; *Ἀσανίας* 1580; *Μνασίνος* ibid. 1583. (cf. Boeckh. l. I. p. 761, b.); *Ἄμυσόδαμος* Keil. S. I. B. I.; *Αμυσοκλέας* C. I. 1568; *Καράρχος* ibid. 1573. Certe post saeculum tertium *Νίκων* Eph. arch. 817. *Tanagrae:* *Αμυροζήις* C. I. 1563; *Αμυσοκλέας, Νίκλας* Athen. IV, 210, sq.; *Ἀσανογίτων* ibid. 292; *Ξεράριος, Ελόας, Ενξιθιος, Ενάργειος* Herm. XI, 97 sqq.; hi omnes saeculo III. vel. II. a. Chr. n. tribuendi sunt. *Coroneae:* *Κλέων* Keil. S. I. B. XXI, p. 88. non ante annos 260—180 a. Chr. (cf. Boeckh. 783. b.). *Thespiis:* (*Ξένων*¹) Decharm. l. I. n. 26. ante tempora Romanorum; *Πασιθόρος* Keil. z. S. XXI. fortasse saeculo II. a. Chr.; *Μηρόδωρος* C. I. 1585. *Μονάρχος* 1586., Septimii Severi vel Caracallae aetate C. I. p. 768, b. *Oropi:* *Ἐρμόδωρος* (Preller. l. I. n. 5. de tempore ibid. p. 185.) *Lebadeae:* *Φύλαρχος* Athen. IV, 376, Romanorum aetate, eadem fere, qua Christus natus est; *Ἄβρηλλος Σ(ω)χράτης²* Eph. arch. 2355. Keilius z. S. p. 589. Lebas. n. 767., saeculo II. vel III. p. Chr. n. *Onchesti:* *Καριστας, Οράσιμος, Ιππινος, Χαρίλαος, Μνάσων, Αμυσοκλέας, Θεότιμος* Lebas. n. 3—5. 8—11. annis a. Chr. n. 233—192 (vide Foucart. explic. ad Lebas. n. 1—3). *Hyetti:* *Πονθάργειος, Μελάρτιχος, Μιζούον, Τιμόκοριος, Πολιονκλέας, Μυρίας, Θρασούλας, Θρασούλαιδες, Αμυσογίτων, Πάτρων, Θύρων, Θύρωτος* Athen. I, 490—95. *Θρασούλας, Τιμασιθέος, Εύμειλος* (n. 3 et 7.) *Προπλίδας, Νικασίον*

1) Ita scriendum puto pro *Zérōr*, quod proposuit Decharm.; nam *ΤΕΝΩΝ* ut pro *ΞΕΝΩΝ* scriberetur facile fieri potuit, neque usquam *Zérōr* pro *Zýrōr* comparet.

2) Hanc formam contra Keili sententiam z. S. p. 590. retinendam puto eum Pittakiso l. I. collato textu Lebasi z. I.

Ο ΕΠΙΩΝΥΜΟΣ ΑΡΧΟ.
ΚΑΙ ΑΓΟΝΟΘΕΤΗΣ ΤΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΒΡΙΛΙΟΣ
. Ο ΚΡΑΤΗΣ ΡΟΔΟΚΑ
. Ο ΝΗΡΟΝ ΗΠΟΝ ΚΤΑΣΕΝ

ὅ επώνυμος ἀρχ(ων) καὶ αγ(ω)νοθέτης τ(ῶ)ν Σεβαστ(ῶ)ν Α(ρ)χ(η)λος Σ(ω)χράτης Ρόδοντα τὸν πρόπαππον κ(ατεοζεν)αιεν. Pro Ανθήλιος scribi Αβρηλλος testatur Suidas s. v. Αβρηλλα. Ανθήλιος Zonaras; neque est, quod offendamur pro Σωράτης scribi Σωράτης in titulo, in quo saepius elementa Ο et Ω confundi vidomus.

Αμει(ρο)χίστης¹⁾, φιλέππος, Μαστίρος Bull. de corr. hell. II, p. 494—502. Quorum de aetate vide, quae supra monuimus p. 5. *Ἄρρ. Ζόπερος* ibid., ex imperatorum aetate ut litterarum forma docet. *Acraephiae: Πτωτῶν* Bullet. de corr. hell. II, 507. tertio a. Chr. n., ut videtur, saeculo assignandus. *Ἀρίας* C. I. 1587. paullo post bellum Mithridaticum, ut suspicatur Boeckh. C. I. p. 770, b. *Ἐπαμεινώνδας* C. I. 1625 v. 10. paullo ante imperatoris Gai aevum. *Chorsiae: Μέλιτον* Athen. IV, 215. (de tempore cf. p. 5.)

Proximum est, ut disputemus de polemarchis, qui archonti proximi dignitate fuerunt. Ea, quae Boeckhius doctissime hoc de magistratu disseruit C. I. Gr. p. 730 sq., partim novis titulis allatis confirmabimus partim paucis additamentis locupletabimus. (Nihil novi attulerunt, qui post Boeckhium de Boeotorum rebus scripserunt H. Francke, der boeotische Bund, Wismar 1843. C. W. Müller; qui cum in Paulyi Real-Eencycl. hanc provinciam suscepit (I, 2. p. 2409 sqq. 1866), de polemarchis disserens ne iis quidem usus est, quae viri docti post Boeckhii aetatem nova protulerunt.

Ad catalogos conscriptorum (C. I. 1573, cf. Keil. S. I. B. III. p. 13. C. I. 1574), ex quibus apparet eos delectui militum praefuisse, adiciendi sunt praeter eos, quos Keilius z. S. p. 545 sq. laudavit (Keil. S. I. B. II. p. 3. Lebas. n. 600. Ussing. inser. ined. 52.), viginti tres Hyettii (Athen. I, 490 sqq. et Bull. de corr. hell. II, 493 sqq.), unus Acraephiensis (Bull. I. I. 507). Polemarchos immixtos fuisse rebus pecuniariis (C. I. 1569. 1570.) probatur titulo Orchomenio (Keil. S. I. B. III. p. 13), quo continetur pactum, quod convenit inter civitatem illam et privatum quendam; res agitur praesentibus ipsis polemarchis, syndicis, arbitris (siquidem recte *Fιοτρογες* Keilius interpretatur I. I. p. 16.)

Polemarchorum fuisse decreta senatus populi exequi patet ex compluribus titulis. Velut ab Acraephiensis honores nescio qui decernuntur viris, qui pecunia data ludos Ptoios videntur ornando et celebrando curavisse. Quod decretum perficiendum polemarchis a senatu populoque mandari perspicuum est ex his verbis (Keil S. I. B. XXXIII. v. 6 sq. p. 132)

δεδογμένον εἴναι τοῖς τε συνέδοις (καθι) τῷ δῆμῳ, τοὺς πολεμάζοντας το(ν)ς ἐπὶ Καφι(σο-) τίμου? ἀσορτος (ἐπανέσαι τοὺς) προειρημένους ἄνδρας.

ἐπανέσαι recte videtur supplevise Keilius collato C. I. 1625 v. 71. Eidem magistratui negotium decreta columnis incidendi demandatum esse eluet ex decreti Orchomeniorum Megaris reperi apographo Lebasii n. 35. Eundem titulum a Rossio transcriptum primus edidit M. H. E. Meierus in appendice commentationis „Die Privatschiedsrichter u. d. öffentl. Diäteten Athens, denuo tractaverunt Rang. no. 703 et Keil S. I. B. IV^b. p. 19 sqq. Rossii apographum cum haec haberet verba:

v. 27. ἀναγράψαι τ(ε) τοὺς ἀστογνοι....
τόδε τὸ ψάρισμα εἰς στάλαν

editor doctissimus, incertus, qualem substitueret magistratum, rem in medio relinquendam putavit. Keilius coniecit quamvis cunctanter *ἀστυνόμους* scribendum esse (I. I. p. 27.) Rangabeius cum ita legenda crederet verba

v. 27. ANATP.....ΑΣΤΟ.....TONI

hanc scripturam proposuit: *ἀναγράψαι* δὲ τὸν (ἐπὶ τὸν) ita ut adderet *ψηφισμάτων* vel *γραμμάτων*

1) Haud scio an genuina forma sit pro *Ἀμειχίστης*.

„le greffier chargé des décrets comme le secrétaire des prytanies à Athènes“. Huic rei lumen attulit apographum Lebasii:

v. 27.

ΑΝΑΓΡΑΨΑΤΩ ΣΑΝ ΛΕΤΟΙ ΠΟΛΕΜΑ....

ΤΟ ΛΕΤΟ ΦΑΦΙΣ ΜΑΕΙΣ ΣΤΑΛΑΝ

ἀναγραψάτωσαν δὲ τοι πολέμωνος τόδε τὸ φάρμακα εἰς στάλαν.¹⁾

Idem officium in aliis quoque civitatibus polemarchis esse impositum confirmatur titulis Aegostheniensibus, Lebas. n. 1 et 2, (cf. p. 9 sq.)

Annum fuisse magistratum polemarchorum cum appareat titulis Hyettiis, in quibus cum aliis archontibus alii polemarchi coniuneti comparent, tum probatur titulo, quem modo laudavimus (Keil. S. I. B. XXXIII.) verbis *τοὺς πολεμάρχους τοὺς ἐπὶ Καιρούριουν ὄργοντος*; neque infringi hanc sententiam titulo Orchomenio (Keil. S. I. B. III. p. 13) docuit Meier. in Allgem. Litter. Zeit. 1845 n. 163 p. 120.. Neque vero non erat consuetudo, ut iidem viri hoc magistratu saepius fungerentur, id quod manifestum est ex iisdem titulis Hyettiis, ubi eadem nomina additis patronymicis compluribus catalogis non eidem anno tribuendis videmus praefixa. Certe constat de *Καλονίκη Κλιοθέτιος* (Bull. de corr. hell. II, p. 493 sqq. n. 1 et 4). Nam verisimillimum est titulos, in quibus id nomen comparet, cum uno in lapide incisi sint, haud multis annis distare. De reliquis, quorum nomina compluries exstant, propterea certi quidquam statuere non ausim, quod non liquet, quantum temporis spatium inter singulos titulos intersit. Quamquam enim verisimile est omnes titulos eidem fere aetati tribuendos esse, tamen intra spatum plus viginti annorum fieri potuit, ut interdum idem nomen et patronymicum vel avum vel nepotem indicaret. Nomina, quae in titulis repetita vides, haec sunt: *Τιμασίωνος Τιμασίων* Athen. I, p. 490 sqq. n. 1 et 5. Bull. de corr. hell., p. 493 sqq. n. 6. *Πολιουχείος Μηασίων* Ath. n. 1 et 8. *Αλειτος Θάρσωνος* Ath. n. 3. Bull. n. 2. *Καλλικλίδαιο Θάρσωνος* Ath. n. 3. 8. 9. *Φαραξάνδρων Λιονιοναοδώρων* et *Λαμαγάσιον Μηασίπλων* Ath. n. 6. Bull. n. 3. *Προπλίδαιο Λαμοξέρων* Ath. n. 6. Bull. n. 4. *Λαμορίζων Αριστολέων Καλλικλάρους Επιτέμω* Ath. n. 7. Bull. n. 9. *Πονθογένειος Λαμορίζων²⁾* Ath. n. 8. Bull. n. 6. *Νικασίωνος Θυρέάρχου³⁾* Ath. n. 8. Bull. n. 10. *Θρασονίτιον Καλλιδάμων* Ath. n. 9. Bull. n. 2. *Εὐμενίος Λάσονος* Bull. n. 4 et 8.

Quod ad numerum polemarchorum deceptam esse Boeckhii sagacitatem, cum vir doctus ex titulis C. I. 1573 et 74 colligeret sex fuisse (p. 730 b.) E. Curtius quod sciam primus docuit (Mus. Rhen. 1843. p. 110.); in catalogo militari Orchomenio, quem ibi edidit, haec nomina polemarchorum scripta sunt *Εὐχαριδᾶος Λαματούζιον, Καιρισιάδαος Πεδια(χ)αζείον⁴⁾, Φιάλιος Ποταμοδωρίων*, ex quibus alterum et sextum non pro patronymicis non posse haberi recte vir doctus monet⁵⁾. Confirmatur haec sententia optime inscriptione Orchomenia (Keil. S. I. B. III, p. 13. Lebas. n. 627.), ubi tres polemarchi casu nominativo commemorantur additis patrum nominibus. Terni⁶⁾ pole-

1) Reliquos magistratus, quibus cura fuerit mandata decreta columnis incidendi enumeravit Meierus I. I. p. 50. (Franz el. ep. Gr. p. 316.)

2) Ita scribendum esse, non *Πονθογένειος*, quod Cumanudes in Athen. transcripsit, apparuerit ex apogr. Gerardi in Bull. I. 1.

3) Quae in Athen. sunt elementa *Νικασίωνος . . . ραφ(χ?)ον* non dubito collato titulo Girardi ita supplere.

4) Ita scribendum esse pro *Πεδαβασίων*, quod praebuit Curtius, testantur Rossii et Lebasii (n. 626) apographa (cf. Keil. S. I. B. II, p. 3). 5) Patet idem statuendum esse de nomine quarto.

6) Totidem Thebis fuisse si quis ex aliarum urbium numero coniecerit non obstat, quod a Xenophonte (Hell. V, 225) duo exhibentur polemarchi; vexatus cum esset illa aetate reipublicae Thebanorum status, ex eis, quae illo loco narrantur, usitatam rempublicam temperandi rationem metiri nobis non videtur licere.

marchi comparent Orchomeni (C. I. 1573.), Hyetti (Athen. I, p. 490 sqq. Bull. de corr. hell. II, 493 sqq.), Acraephiae (Bull. I. I. p. 507). Una in inscriptione Copis reperta duo enumerantur polemarchi addito lochago. Suo iure Keilium S. I. B. p. 42. ex verbis Ulrichsii suspicatum esse Cockerellum, cuius apographo Boeckhius usus erat C. I. 1574, lacunas iusto maiores signavisse — qua re motus Boeckhius 6 nomina scripta fuisse arbitrabatur — ex Lebasii apographo n. 599 elucet.

— ΟΣΜΕΛΑΝΤΙΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΦΟΙΔΗΟΕΓΡΑΨΑΝΤ.ΕΝΟΠΛΙΤΑ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝΤΩΝ
ΦΑΝΑΞΙΩΝΟΣΣΑΩΝ.ΑΟ
ΦΑΛΑΙΝΩΤΙΜΑΝΑΡΙΑ.
ΔΟΧΑΓΙΟΝΤΟΣΦΑΛΩΝΟΣΠΟΛΤΚΡΙΤΙΩ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΛΑΟΝΤΟΣ
ΚΑΦΙΣΟΔΩΡΩΣΑΜΙΩΝΙΩ
(Θι)δες Μελαντίχω αρχοντος
(τ)οὶ ἀποεγράφαντ(ο) ἐν διπλάται(ζ)
πολέμαρχιόντων
Φαραξίωνος Σαών(δ)αο
Φαλλίνω Τιμανθρίδα
Ιοχαγίωνος Φάδωνος Πολυκριτίω
γραμματιδοντος
Καριαδόδων Σαμιωνίω

(subsequuntur nomina conscriptorum).

Unum fuisse Lebadeae polemarchum ex titulo valde mutilato non collegerim cum Keilio. Quam inscriptionem a Rangabeio editam n. 1311.

ΟΙΩΠΑΡΧΙΟΝΤΟΣΑΡΙΣΤΟΛΙΚΩΘΤΝΑΡΧΙΛΗΟΤ
ΗΓΟΛΑΡΧΙΟΝΤΟΣΝΙΠΟΝΟΣΕΤΑΓΟΡΑΟΜΡΑΡΧΙ
ΧΑΡΙΣΕΝ ΑΙΟΝΟΣΛΑΜΕΛΟ

Keilius repetit z. S. p. 555 atque fere consentiens cum priore editore titulum ita supplet:

Βησιω(τ)αρχίωνος Αριστοδίκω Θυναρχίδι(ω πο-
λεμ)αρχίωνος Νι(κω)νος Ειναγόραο, (τηλ)αρχί(όντων
Χαριξέν(ω) Λί(ω)νος Λαμέ(α)ο.

Apparet titulum ita mutilatum esse, ut quidquid suppleas, conjectura incerta nitatur, at dubito, num inter boeotarcham et alium ducem velut *τιτλαρχον* locum suum tenuerit polemarchus; immo expectarim ad boeotarcham alios accessisse Lebadeensium duces, velut *τιτλαρχίωνος* et *τιτλαρχίωντος* (quales comparent C. I. 1588), quamquam ne hoc quidem, elementa apographi si spectas, satisfacere concedo.

Additum fuisse polemarchis scribam patet ex catalogis conscriptorum Orchomeniis (C. I. 1573. Keil. S. I. B. II. p. 3. ibid. III. p. 13. Ussing inscr. ined. n. 52.), ubi scriba designatur verbis: γραμματιδοντος της πολεμάρχους (τοῖς πολεμάρχοις). Incertus sum, utram urbis an polemarchorum (id quod verisimilius videtur) scriba intellegendus sit in iis catalogis, ubi τοῖς πολεμάρχοις non additum est (Copis C. I. 1574. Hyetti Athen. I. I. I. Bull. de corr. hell. II, I. I. Acraephiae Bull. I. I.) Sed utut est, certe eos scribas, qui in titulis Hyettiis polemarchos excipiunt,

non collocaverim in ignobili ministrorum ordine, cui Thebanorum scribam polemarchorum adnumerandum esse Boeckhius demonstravit collatis Xen. Hell. V. 4. 2. Plut., Pel. 7. de gen. Socr. 4. (C. I. p. 730. b.), immo Hyettios illos eodem modo, quo foederis scribas dignitate magistratus non caruisse haud scio an recte inde colligatur, quod eosdem plures in aliis inscriptionibus polemarchorum magistratu fungentes videmus; velut (Athen. I. p. 490 sqq. et Bull. de corr. hell. II, p. 493 sqq.) *Δαμοχαρίδας Πολιοντάριος* scriba est Ath. n. 1., polemarchus ibid. n. 5. (eundem esse Cumanudes arbitratur l. l. p. 498.); *Προπτίδας Δαμοξένω* Bull. n. 1. filius videtur fuisse polemarchi eiusdem anni *Δαμοξένω Προπτίδας* (ibid.), eundem Proppidem non multis annis post (ibid. n. 4. in eodem lapide) polemarchi magistratu ornatum videmus. *Διωνιοσόδωρος Φαραξάρδω* scriba (Ath. n. 3.) inter polemarchos numeratur ib. n. 4., praeterea eadem scribarum nomina in polemarchorum numero comparent haec: *Εὐμελος Δάσσορος* scriba Ath. n. 7., polemarchus Bull. n. 4. et 8., *Πολιοντάριος Μητρασίνω* scriba Ath. n. 9. polemarchus ibid. n. 1. et 8. *Πονθογέρειος Δαμονίκω* scriba Bull. n. 9., polemarchus ibid. n. 6. et Ath. n. 8. —

Hipparchis, quos commemoravit Boeckhius (Lebadeenses C. I. 1575 et 1588), unum habemus quem addamus incertum cuius urbis (cf. paulo infra) Rang. n. 1313. Ilarchi, praeter eos, qui in Corpore Inscr. exstant (duo Lebadeae 1588, quattuor Thebis 1576), nulli innotuerunt. Unus lochagus in inscriptione Copis reperta obvenit; ita enim scribendum, non moragum, id quod Boeckhius (C. I. 1574.) ex Cockerellii schedis hausit, probatur apographis Ulrichsii (cf. p. 16. Keil. S. I. B. p. 43.) et Lebasii n. 599. Neque praefectus rerum navalium deest; *ναύαρχος* enim memoratur in titulo Rangabei n. 1313., quem modo laudavimus,

<i>ΑΡΕΑΣ ΕΡΙΟΤΕΛΕ</i>	<i>Χαρέας Ερ(γ)οτέλ(εος)</i>
<i>ΠΡΑΡΧΟΣ</i>	<i>Ιππαρχος</i>
<i>ΑΥΣΙΝΟΣ ΑΥΣΙΑΛΑ</i>	<i>Αυσίνος Αυσιάλω</i>
<i>ΝΑΥΑΡΧΟΣ</i>	<i>Ναύαρχος</i>
<i>ΙΙΚΟΞΕΝΟΣ ΚΑΡΑΝΟ</i>	<i>Νικόξενος Καράνο(ν)</i>

qui num Lebadeae sit tribuendus propter ipsius *ναύαρχον* mentionem suo iure Keilius dubitat (z. S. p. 555), praesertim cum ne editori quidem satis constet, quo in loco titulus sit repertus (p. 833 cette inscription se trouve, autant que je sais, à Lévadie).

Catoptas peculiarem magistratum Boeotorum Boeckhius docuit (C. I. p. 731. a.) „in rebus potissimum pecuniaris adfuisse magistratibus eosque observasse, ne quid inique ageretur, ut in auro et argento tradendo, in locatione operum, in debitis solvendis, simul eos solos accepisse rationes“ (coll. C. I. 1569. a. I. II. 1570. a.). Catoptas, qui C. I. 1570 comparent, non Boeotorum magistratum, sed Oropiorum fuisse, ex iis, quae de hoc titulo supra p. 10 sq. disputavimus, apparuerit. Duos fuisse Orchomeni catoptas elucet ex inscriptione Decharmii l. l. n. 4. Ex eadem videtur apparere catoptas posteriore tempore apud Orchomenios iisdem fere negotiis functos esse atque hierarchs, quorum locum in hoc manumissionis decreto obtinent.

*Χαρει(τι)άδους ἄρχοντος τερητέντος
Φιλοξένου Εύρόμου κατοπ(τ)ενόντω(ν)¹⁾
Τυρο(δό)του Αντιγενείδου, Πνιθύλλους
(Σ)ω(στ)μου, ἀνατεθέασιν κ. τ. λ.*

1) *Κατοπιπενόντων* quod Decharm. proponit, non satis certum videtur, ita ut simplicius illud practulerim.

In tribus enim aliis eiusmodi titulis vetustioribus, quod dialecto Boeotica concepti sunt, quae Decharm. l. l. n. 1.—3. publicavit, pro catoptis hierarchas post sacerdotem inscriptos vides.

Συνηγόρους, quos offendimus in titulo Oropio C. I. 1570. a., non posse alios esse indicat Boeckhius, nisi syndicos quosdam civitatis; conferri possunt, nisi fallor, cum iis *σοίγδιοι*, qui quattuor sunt in inscriptione Orchomenia (Keil. S. I. B. III. p. 13. Lebas. n. 627.) Egregie erravit Rangabeius, qui item titulum edidit (1303.), cum diceret: „sans doute une liste de conscrits“, immo pactum in lapide incisum esse, quod convenit inter privatum aliquem vel privatos et urbem Orchomenum recte vidit Keilius l. l. p. 15. Inde videtur evenire syndicos illos, qui adscripti sunt, pecuniariarum reipublicae rerum curatores fuisse.

Quaestores in singulis civitatibus fuisse plures, qui negotia gerenda inter se partirentur, summa probabilitate coniecit Boeckhius C. I. p. 744. a. et 731. a. ex titulis Orchomenis (1569. a. I et II, in quibus alio mense aliis memoratur quaestor, et Oropio (1570. a.), ubi *ὁ ταμίας ὁ προάρχων*, qui aliis praeesset, locum tenet. Iis apud catoptas rationem reddendam fuisse elucet ex tituli 1570. a. verbis his: *ὁ ταμίας ὁ προάρχων προσθέτω τὸ ἔλεῖπον καὶ ἀπολογισάσθω πρὸς ζωτάτας*. Addendus est *ταμίας* Orchomeniorum (Meier., Die Diätet. etc. p. 51.), qui, id quod in titulis non Boeoticis saepissime occurrit, iubetur sumptum in honoribus decretis factum solvere. *Λογιστήν*, quem in titulo Chaeronensi a Decharmio (l. l. n. 16) reperto et primum edito ab Henzenio ann. dell' inst. 1866. p. 139—149 offendimus, non pro magistratu huius civitatis, sed pro curatore quem dicunt Romano esse habendum vir doctus l. l. p. 149 demonstravit.

De honoribus Boeotorum publicis.

Honores, quos Boeoti pro beneficiis acceptis tribuere solebant, fere eosdem esse, quos ab Atheniensibus impertiri scimus, ex titulis, qui nostram aetatem tulerunt, evenit. Praemia enim, quibus Boeotos virtuti benevolentiaeque erga rempublicam respondisse inscriptiones docent, haec sunt: Statuae (*ἀνδριάντες*), decreta honoraria columnis vel aliis rebus incisa, imagines pictae (*εἰκόνες γοστταῖ*), laus publica (*ἔπαιτος*), corona aurea (*στέφανος χρυσοῦς*), lautia in prytaneo praebita (*σέρια ἐν πρυτανείᾳ*), publicum hospitium (*προσερία*), quocum iuncta sunt privilegia velut *ἐγχτισις, λοιπέλεια, ἀσφάλεια, ἀστίλια*, denique civitas ipsa (*πόλιτεία*).

Et commune Boeotorum concilium et singulae civitates eos, qui bene de republica meruerant, honorare solebant, neque singulos tantum cives aut ipsius civitatis aut aliarum, verum etiam exteris civitates atque ipsas mulieres publicis honoribus non raro ornatas videmus.

Iam si quaerimus, quae beneficia publice praemiis honorari solita sint, pauci tantum tituli singulatim merita enumerant. Veluti ex titulo Megaris reperto (Keil. S. I. B. IV^b. p. 19) discimus Orchomenios hanc civitatem, quod iudices postulatos¹⁾ misisset, laude et corona aurea, iudices ipsos et scribam (*ἐπορχαματέα*), quod iustos se praestitissent in re indicanda, iisdem honoribus addita proxenia ornare. Acraephenses Epaminondam civem suum, quod vallum aedificandum curavisset, quod legationem Boeotorum ad imperatorem gratis subisset, quod

1) De hoc more iudices ad lites inter singulos reipublicae cives disceptandas aliis ex civitatibus arcessendi vide Meier. d. Privatschiedsrichter etc. p. 31 sqq. Christ. Sitzungsber. d. K. bayer. Acad. 1866. p. 259 sqq.

Iudos Ptoios restituisset, multisque aliis rebus liberalitatem prae se tulisset, omni honorum genere efferendum putarunt (C. I. 1625.) Eundem propter legationem, quam modo laudavimus, et a concilio Boeotorum et a Thebanis honoribus ornatum videmus (Keil. S. I. B. XXXI. p. 116). Acraephenses nescio quos propterea quod magnam pecuniam ad epulas in ludis Ptoiis celebrandis largiti sunt, honorant (Keil. S. I. B. XXXIII. p. 132). Aliis in titulis adduntur magistratus, quibus qui bene functi essent a civitate publico honore digni sunt habiti. Longe plurimi tituli universim causas honorum indicant, ut virtutem, benevolentiam erga rempublicam, munificentiam, alia. Consentaneum videtur apponere formulas, quas in titulis id genus usurpaverunt ad causas honorum designandas.

C. I. 1625 v. 72 sqq.: (Acraeph.) ἐφ' ἦ τοῦτον πατρίδα (αὐτὸν) εν τοῖς ιπτεναι εὐνοίᾳ καὶ τοῦτον τὸ Βοιωτῶν ἔθνος μεγαλουργίας, συνσκοπῶν καὶ τοῦ πατρίδα τῆς πρεσβείας. Keil. S. I. B. XXXI v. 71.: (foederis Boeotorum) ἐπὶ τῷ εἰς τὸ ἔθνος μεγαλουργίας τε καὶ εὐνοίᾳ. v. 75. πρεσβεύσαστα — ἀρετῆς ἔνεκεν. Keil. I. I. IV^b. (Orchomeni) v. 15: ἐφ' ἦ ἔχει (civitas Megarensium) εὐνοίᾳ ποτὶ τὰν πόλιν. v. 20: ἀρετᾶς ἔνεκεν καὶ δικαιοσύνας cf. v. 36 et 40. C. I. 1633: (Thespiis) ιερατεύσαστα (quod Keilius S. I. B. p. 149 proposuerat ιερατεύοντα ipse correxit collato apographo Lebasii n. 410 z. S. p. 583). C. I. 1634: (Thebis) ὑποζακορένουσαν. Keil. XXVIII, p. 114: (Coroneae) στρατηγίσαστα; ibid. XXIX: (Thebis) ἀγωνοθετήσαστα — καὶ ἀρχιερατεύσαστα εἰς τὸν δίοντα ibid. XXX: (Thebis) φτι(οτιμότα)τα στρατηγίσαστα (καὶ γυμνασιοζήσαστα πλεονά(κις καὶ ἀγωνοθετήσαστα), (restitutio verborum debetur sagacitati Keili). C. I. 1630: (Thespiis) ἀρετᾶς εἴνεκεν; ibid 1635: (Chaeroneae) ἀρετᾶς ἔνεκεν καὶ τῆς περὶ τὴν θεὸν δομοκετας. Keil. S. I. B. XXVIII. p. 114: (Coroneae) ἀρετῆς ἔνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς (εἰς) τὴν πόλιν. Eph. arch. 3067: ἀρετῆς ἔνεκεν καὶ τῆς εἰς τὴν πατρίδα εὐνοίας. C. I. 1636. a: (Thebis) ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης ἔνεκεν. Athen. III, p. 474: (Tanagras) ἐπὶ σωφροσύνῃ. Keil. I. I. XXIX, p. 114: (Thebis) τῆς περὶ τὸν βόον καλοκαγαθίας ἔνεκεν. C. I. 1624: Πλαταιέων πόλις τὸν ἑαυτῆς εὐεργέτην. Keil. I. I. XXXIV. p. 134: (Thespiis) ἡ πατρίς τὸν εὐεργέτην; ibid. XXXV, b.: (Thebis) ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τὸν εὐεργέτην. C. I. 1614: (Thespiis) τὸν εὐεργέτην καὶ κτίστην (Hadrianum). Bull. de corr. hell. II, 506: (Hyetti) τὸν αυτῆρα καὶ εὐεργέτην τῆς ἰδίας οἰκουμένης.

Titulos honorarios in publico loco, quo omnium oculis paterent, positas esse ex ipsis titulis cognoscimus.¹⁾ Nonnunquam diserte exprimitur, quo in loco ponendum sit decretum vel res, qua quis honoratur. Statuarum, quas Acraephenses Epaminondae decernunt, unam in templo Apollinis Ptoi (C. I. 1625, 82 sq.), alteram in foro ponunt; eodem in loco Orcheni iubentur polemarchi collocare columnam, qua inscribendum est decretum in honorem Megarensium; ad verba „ἐν ἀγορᾷ“ additur „εἰς τὸν ἐπιφανέστατον τόπον“ (Keil. S. I. B. IV^b v. 29. p. 20.). Lollianum consularem Romanum, quem εὐεργέτην vocant, Plataeenses statua honorant, quam iuxta Jovis Eleutherii et Concordiae statuas locum tenuisse docet titulus basi ipsius statuae inscriptus (C. I. 1624.). Concilium Boeotorum imaginem pictam Epaminondae in communi delubro Minervae Itoniae (Keil. S. I. B. XXXI, v. 73.), Thebani in theatro (ibid. v. 114 sq.) collocandam vel affigendam curant; atque Oropii decernunt proxeniae decretum in columna lapidea incisum „στῆσαι ἐν τῷ ιερῷ τοῦ Αμφιαρέου“ (C. I. 1566). Interdum idem honoris decretum pluribus in locis collocatum esse intellegimus ex titulo illo Megaris reperto (Keil. S. I. B. IV^b), ubi Orchenii postulant, ut Megarenses eosdem viros, quos ipsi decreto in foro ponendo colunt, honorent,

1) Cf. Franz. el. ep. Gr. p. 315.

ita ut decretum in lapide incisum Megaris collocent „εἰς τὸν ἐπιγραφήσατον τόπον“ v. 32 sq. Polemarchorum fuisse eiusmodi decreta in columnis lapideis inscribenda curare eluet ex inscriptionibus Orchomenia (Keil. S. I. B. IV^b) et Aegostheniensibus (Lebas n. 1 et 2 vide supra p. 14).

His expositis disseremus de singulis, quos Boeoti tribuebant, honoribus; atque initium faciendum videtur a statuis iisque decretis honorariis, quae lapidibus incisa in locis publicis velut templis, publicis aedificiis, aliis locis collocari solebant. Ea autem de causa haec coniunctim tractare cogimur, quod plerumque his temporibus non iam licet distinguere, cui rei aliqui lapis inservierit, utrum basis statuae fuerit, an lapis simplex, qui in honorem alicuius nescio quo in loco esset positus; neque titulos sepulcrales seiunctos ab his tractandos putamus, quod saepius non liquet, defunctine an vivi in honorem titulus sit scriptus.

Uni soli quod sciam eiusmodi titulo praescriptum est ἀγαθῆ τίχη (C. I. 1624), id quod in talibus aliorum populorum inscriptionibus saepius factum esse constat (cf. Franz el. ep. Gr. p. 319.). Casus accusativus ponitur eius qui honoratur, addendum est ἵτιμος, in paucis casus genetivus exstat (C. I. 1618), in cuius initio Boeckhius erosum esse putat „ἕτι σωτῆρα“, haud scio an idem supplendum sit Lebas n. 514., uno in titulo dativum offendis C. I. 1617.

Plerumque in initio vel in fine titulorum senatus populusque commemoratur „ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος“ *Thebis*: C. I. 1634. 1636. Keil. S. I. B. XXIX, p. 114. *Tanagracē*: Athen. III, 474. *Thespīis*: C. I. 1630 Keil. S. I. B. XXXV^b p. 136. (praemissō Θεσπ(ι)έων), 1633. *Coronacē*: C. I. 1615. 1616. Keil. I. I. XXVIII, p. 114. *Chæroneacē*: C. I. 1620. 1635 (addito Χαιρωνίουν). *Acræphiae*: inverso ordine ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλὴ C. I. 1625, v. 84 sq. Alibi civitatem adscriptam vides „ἡ πόλις“ *Thebis*: C. I. 1612. 1619. 1622. *Thespīis*: C. I. 1614 ἡ πόλις Θεσπίων. *Acræphiae*: C. I. 1629. *Orchomeni*: Eph. arch. 818. Lebas. n. 632. Rang. n. 1214. (*Α*) πόλις Ορχομενίων. *Plataeis*: C. I. 1624 *Πλαταιῶν πόλις*. *Lebadeacē*: C. I. 1621 *Λαβαδέων πόλις*; Keil. I. I. XXVII p. 110 ἡ ιερὰ Λαβαδέων πόλις. *Hyetti*: Bull. de corr. hell. II, 506. n. 13 (ἡ) πόλις Τυρτίων. Populi solius mentio fit Thebano in titulo C. I. 1610 et Ascreao Keil. I. I. XXXIV^b p. 135. In Thespiensi I. I. XXXIV denique subscriptum est: „ἡ πατρός.“

Distinguenda sunt ab his decretis ea, quae publice quidem decernebantur, sed privatorum vel amicorum vel propinquorum impensis ponebantur. Neque enim apud Boeotos privatis videtur licuisse aliquem statua vel inscriptione publica honorare, nisi a senatu populoque potestas collocandi data esset. Eluet inde, quod omnibus¹⁾ titulis id genus addita sunt verba ψηφισματι βουλῆς καὶ δήμου, plerumque siglis Ψ B Α (de quibus vide Keil. S. I. B. p. 147.) designata. Ut ad singula veniamus 1. *Thebis*: C. I. 1632. (Lebas n. 502.) Faustinus (?) quidam nescio quem ἄριστα πολεμενάσμενον honorat δόγματι βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, quae verba tituli verbis inserta sunt. Keil. S. I. B. p. 180. Lebas n. 556 (cf. C. I. 1654) Socarti marito defuneto Eupraxis uxor (non Sthenia mater, id quod Keilius dicit S. I. B. p. 182.) monumentum splendidum considerat; versibus, quibus dedicatio continetur, subscripta sunt sigla Ψ B Α.— Keil. S. I. B. XXX, p. 115. Lebas n. 501 filius patrem (cuius nomen incertum) honorat, in fine inscriptionis sunt verba ψηφισμένης τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμο(υ). Kaibel. epigr. Gr. n. 890 filia patrem statua vel alia re honoravit, in dextra eiusdem lateris parte sunt verba:

*Εἰς οὐρανούς πατέρας πατρός τε φιλέεντον
... εἰς στηργανούσιντος ἔνεικον.*

1) In una inscriptione Chaeronensi C. I. 1628 verba desiderantur, cum vero in aliis eiusmodi titulis illius urbis extent, collegerim ea sigla in fine tituli erosa esse.

Kaibelius v. 2. supplendum putat *η πόλις*; neque vero id rectum esse arbitror, quia sigla *Ψ. B. A.*, quae supposita sunt, nisi in titulis, qui a privatis dedicantur, apponi non solent. Nomen igitur nescio quod erosum esse reor. 2. *Thisbae*: C. I. 1626 (Lebas. n. 376.) M. Ulpius Paramonus statua ornatur a fratribus; additum est *Ψ. B KAI A.* Eph. arch. 3067. A. v. Velsen, Arch. Anz. XIV. p. 285 M. Ulpius Brachas filium M. Ulp. Demosthenem honoratum vult statua; supposita sunt haec *Ψ B K A I A H M O T.* 3. *Plataeis*: C. I. 1636.b. Polycratides quidam matrem (cuius nomen incertum) honoribus ornat; adscriptum vides *Ψ A*, quas inter duas litteras excidisse puto *B.* 4. *Chæroneae*: C. I. 1627 uni ex posteris Plutarchi statua ponitur a nutrice, liberis, sororibus. Cum Keilio faciendum puto, qui (S. I. B. p. 147) ultima huius tituli verba *AH...B.A....* redintegrat in *Ψ H. B. A.* — Dech. l. l. n. 16 Flavia Lanica honoratur a Dexippo filio, appositum videmus *Ψ B A.* 5. Conze, Philol. XIX, 182. Dech. l. l. n. 53. Kaibel. epigr. Gr. n. 500 in *Helicone* monte Quadratus quidam ab amicis monumento colitur. Epigramma duorum ut videtur distichorum exstat in lapide, cuius in fine comparet littera *A*, quam cum Decharmio pro δῆμον habendum censeo, ita ut supplendum sit in parte sinistra lapidis *Ψ. B.* — Imperatori si quis statuam ponebat, aut publica civitatis auctoritas non opus erat, aut in titulis designari non solebat. In iis enim inscriptionibus, cum sigla *ψ. β. δ.* omissa sint, additum est *ἐξ τῶν δῆμον*: (C. I. 1611. 1613. Eph. arch. 3075 cf. Arch. Anz. XIV. 284 sq.); tamen interdum factum esse, ut statua a senatu populoque imperatoris in honorem decreta ab homine privato collocaretur, patet ex inscriptione Coronensi C. I. 1616., ibi enim scribendum esse id quod Keilius S. I. B. p. 112 schedis Rossii collatis propuerat Θεοὶ Αθηναῖοι η βανὴ καὶ δῆμος ἐπιμελουμένον II. Άγλον Διονίου, confirmatur apographis Lebasii n. 669, b et Pittakissii Eph. arch. 2357. Saepius autem verbum ἐπιμελεῖσθαι ad hoc designandum usurpatum esse in titulis Atticis et aliis docuit exemplis Franzius el. ep. Gr. p. 329.

Exempla, quibus statuas publice positas dis dedicari videmus, haec habemus: Keil. S. I. B. XXIX p. 114 sq. Kaibel. in Hermae vol. VIII. n. 12. additum est *θεοῖς*. Dech. l. l. 49 et 50 statuae dedicantur *Μούσαις*. Notandum est, cum privati statuam alicuius dis dedicarent, auctoritate publica non opus fuisse (C. I. 1600. 1604. Eph. arch. n. 805. Rang. n. 1005. Dech. l. l. n. 28. Athen. IV, 210).

Eundem, quem Atheniensibus,¹⁾ Boeotis fuisse morem cives de republica bene meritos imagine picta honorandi cognoscimus ex iis, quae in Acraephensis illius Epaminondae honorem decreta sunt. Is et a communi Boeotorum²⁾ (Keil. S. I. B. XXXI, v. 72 p. 118.) et a civibus suis C. I. 1625, v. 75 sq. hoc praemio dignus habetur. Ex Leakii conjectura, quam Boeckhius et Keilius probaverunt, *εἰκὼν τελεῖα* in hoc titulo est, i. e. „imago totius corporis, non solius faciei cum pectore“ (Boeckh. C. I. Gr. I, p. 793. b. II, p. 663. b). Inauratae imagines eidem decernuntur et a Thebanis (Keil. S. I. B. l. l. v. 115) et ab Acraephensis (1625 v. 84). Imagines illas interdum in clipeis pietas esse, quod idem ab Atheniensibus factum esse constat, appareat ex Keili S. I. B. l. l. v. 72. (*εἰκόνα γραπτὴ ἐν ὅπλοις*) cf. C. I. Gr. I, p. 171, a. II p. 664. b.

Laudis publicae pauca ad nos pervenerunt exempla. Keil. S. I. B. IV^b: Orchomenii Megarensium civitatem et iudices una cum scriba, quos illi miserant, publice laudandos curant; idem honor tribuitur Epaminondae illi a civibus suis (C. I. 1625, 71 sq.) et a communi Boeotorum

1) Westermann. de publ. Athen. hon. p. 21 sq.

2) Quod ibidem a Panhellenibus eodem honore afficitur, hue non pertinet.

(Keil. S. I. B. XXXI, v. 70. sine dubio *ἐπαυρίσου* est supplendum), fortasse huc pertinet inscr. Acreaphensis (Keil. S. I. B. XXXIII. p. 132), ubi quin idem verbum *ἐπαυρίσου* exciderit dubitari nequit.

Unum decretum aetatem tulit, quo Boeoti corona aurea beneficiis respondent. Eam Orchomenii iisdem, quos supra diximus, Megarensibus (Keil. S. I. B. IV^b. p. 19) tribuunt. Qui honor renunciari solebat festis celebratissimis,¹⁾ quare Orchomenii Megaris eum Dionysiis promulgari decernunt. Verba ipsa, quae praeconio inserviunt, haec sunt: v. 35: ἀ λόντις Ορχομενίων στεφανοὶ τὸν δάκιον τὸν Μεγαρέων χονσέῳ στεφάνῳ ἀρετᾶς ἔνεκ(εν καὶ δε)καιοσύνας, τὰς (ε)τς αὐτάν, στεφανοὶ δὲ καὶ τοὺς δικασ(τις Τζ)οίαν Προτίζου, Θελίον Ά(πειάστον) καὶ τὸν γραμματέα Εινάλην Εύνικεον, ἔκαστον (αὐτῶν) χονσέῳ στεφάνῳ ἀρετᾶς ἔνεκεν καὶ δικαιοσύνας τὰς (ε)τς Ορχομενίου. — Etiam mortuos corona aurea a Boeotis honorari esse solitos²⁾ apparet ex seculerali titulo Thebano (Keil. S. I. B. p. 183. Kaibel, l. l. 502^a) in quo scriptum legimus:

Μαρμαρέην λίθος ἦμι, φέρω δὲν χαυτέρι φύτα
Νήδυμον ὑπονούντα καὶ(i) ἐν(ρθιμέ)νουσι παρόντα
Οὐ δῆμος χονσῷ στεφάνῳ (τε)μη(σε γεραιόσων.
Βούλη ταῦτὸν ἔποιας παρηγοῖντιοι(o).

Ad lautia vocatos esse eos, qui de republica bene meruerant, in prytaneum uno titulo ad Orchomenios pertinente confirmatur (Keil. S. I. B. IV^b. v. 26 καθέσαι δὲ αὐτοὺς εἰπὶ ξένια εἰς προταρ(εῖσ)ον εἰπὶ τὸν κοινάν τοταρ).

Satis est uno verbo monere ad προεδρίαν in certaminibus, quae instituerit, καθάπερ καὶ τοὺς αἴλους εὐεργέτας, vocari Epaminondam Acreaphensem a civibus suis (C. I. 1625, 78).

Quoniam de iis honoribus diximus, qui et indigenis et peregrenis tribui solebant, nunc disputabimus de eis, qui solis aliarum urbium civibus impertiebantur.

Civitatem ab urbibus Boeotiae civibus peregrinis de republica bene meritis datam esse uno titulo demonstratur. Eundem Epaminondam, cuius saepius mentionem fecimus, Thebani dignum censuerunt, quem hoc summo praemio decorarent (Keil. S. I. B. XXXI, 109sqq. p. 119): δεδογμένον εἶναι — — (δεδό)σθαι πολειτείαν κατὰ δωρεάν Έπαμ(εινάνδρα Έπαμ)εινάνδον καὶ εἶναι αὐτῷ μετ(οχή)ν τὸν τῆς πόλεως γιλανθώπων, καὶ ὡς καὶ τοῖς ἐνοίκοις; omnium igitur, quibus cives Thebani utuntur, beneficiorum fit particeps; κατὰ δωρεάν, quod additum est, maiorem dignitatis gradum significat; usu enim videtur venisse, ut illa aetate nisi certa quadam pecunia soluta civitas non tribueretur. Athenis quidem id Augusti temporibus moris fuisse testantur verba Cassii Dion. LIV, 7 (ea affert Keilius S. I. B. p. 238) (Augustus) ἀπηγόρευσε σφισ (Atheniensibus) μηδένα πολίτην ἀργυρίον ποιεῖσθαι. —

Venimus nunc ad proxeniam, honorem Boeotis longe usitatissimum, qui multis cum aliis privilegiis iunctus et a communi concilio et a singulis Boeotiae civitatibus peregrinis donabatur. Qua in re tractanda, de qua accuratissime et copiosissime M. H. E. Meierus (De proxenia sive de publico Graecorum hospitio. Halis Saxon. 1843) disputavit, breviori mihi licet esse, quantum in tam larga titulorum copia fieri potest; idque eo magis, quod ea, quae vir doctus de proxeniis in universum proposuit, ita quadrare in proxeniam Boeotorum titulis post eius aetatem repertis probatur, ut mihi pauca tantum addenda relinquuntur. Antequam ad proxenias ipsas

1) Quo de Graecorum more vide quae attulit Meier. Die Privatschiedsr. etc. p. 52 sq.

2) Attulit exempla aliarum gentium Franzius el. ep. Gr. p. 330.

accedam, mihi persuasum esse dicendum videtur recte Meierum contra Boeckhium et eos, qui illum secuti sunt, Wachsmuthium et Westermannum disputasse (p. 6), longe honorificentiores fuisse apud civitates Graeciae proxeniam quam „consulatum“ nostrorum temporum, quocum eam comparandam putaverunt. Causam hanc imprimis v. d. affert, quod „nonnunquam eadem in urbe civitas eadem plus uno uteretur proxeno, nonnunquam vel eodem decreto pluribus eiusdem urbis civibus ab eadem civitate proxenia data esset, qui si essent imprimis ad negotia administranda vocati, ea impedituros fuisse magis quam expedituros.“ Idem proxeniis Boeoticis confirmatum videmus. Neque enim solum velut Oropios pluribus eodem fere tempore Atheniensibus proxeniam detulisse, verum etiam complures eodem decreto et ab his et a Tanagraeis, Orchomeniis, Thespensisbus proxenia ornatos novimus.

Ad septem decreta, quae Meiero immotuerunt (Tanagraea tria C. I. 1562. 1563 a. b. (c); Orchomenia duo C. I. 1564. et quod edidit Curtius in Mus. Rhen. 1843 p. 106 sq. repetiit Keil. S. I. B. I., foederis Boeotorum C. I. 1565, Oropium ibid. 1566¹), haec accedunt: Unum foederis Boeotorum (Mittheilung d. dtsc. arch. Inst. in Athen. III, p. 93 ed. Lolling.) quattuordecim *Tanagraea* (Athen. III, p. 475. IV, p. 210. 211; duo sunt p. 291, alterius pauca tantum fragmenta restant; unum p. 292; duo p. 293 in uno lapide; sex in Hermae vol. XI, p. 97 sqq. ed. Robert.); tria *Chorsiensia* (Athen. IV, p. 215), quorum in duobus initium evanuit; decem *Oropia* (Preller Ber. d. K. S. Ges. d. W. IV, p. 157 sqq. n. 4—13. Rang. n. 678—687), quorum tria nihil praebent nisi pauca elementa; duo *Thespensiæ* (Rang. n. 705. cf. Keil. z. S. p. 537), totidem *Orchomenia* (Keil. S. I. B. I et IV^b) unum *Acraephienæ* (Bull. de corr. hell. II p. 508).²

Forma brevior, quam memorat Meierus (l. l. not. 97) „έδωκαν“ in nullo Boeotorum titulo occurrit; quae scribendi rationes in eiusmodi decretis singulis Boeotorum civitatibus usitatae fuerint, supra p. 11 ostendimus; hoc unum addemus in communis concilii decretis et in uno Orchomenio desiderari eum, qui sententiam dixerit; ita enim incipiunt: *τοῦ δεῖνα ἀρχορτος ἔδωξε τῷ δῆμῳ πρόσερον εἶμεν Βοετῶν καὶ εὐεργέταν κ. τ. λ.* C. I. 1565 (idem de titulo Lollingii quamvis mutilato statuendum esse persuasum habeo). Iisdem quas modo laudavimus inscriptionibus et alteri Orchomeniae (Keil. S. I. B. I) praescripta est forma: *Θεὸς (Θεὸς) τούτων (τίχων) ἀγαθάν.* „Προσέρια“ verbum pro decreto ipso non videmus usurpatum nisi in titulis Tanagraeis C. I. 1563, c. (C. I. ibid. b. ex coniectura Boeckhii) Athen. IV, 291 et 292 et in Acraephensi (l. l. *προσέριη*, vulg. *προσέριαι*, cum scriptum sit, exspectaris eodem lapide plura decreta id genus fuisse).

Praeter Orchomenium illud decretum (Keil. S. I. B. IV^b), in quo indices et scriba Megarense praemiis afficiuntur, quod rem mandatam bene gesserint, ita ut ad alios honores proxenia accedat, nulli Boeotorum tituli perhibent singula beneficia, quibus publici hospiti ornementum debetur, ne in Oropiis quidem decretis (Preller. l. l.) beneficia nisi generatim indicantur; proxenia ibi datur peregrinis, quod semper benevolos se praestiterint erga civitatem (*ἐπειδὴ εἴρους ὅν διατέλει τῇ πόλει Ωρωπίων*) vel quod inopiae aut civium aut reipublicae privatisque quavis occasione data opitulati sint (*καὶ τὸν πολιτῶν τοῖς χρέοις ἔχοντας εἰ μὲν πατέρι καιρῷ τῷ*

1) Titulum Chaliensium C. I. 1567 Boeoticis non esse adnumerandum demonstravit Rossius: Alte lokrische Insehr. von Chaleion od. Oeantheia p. 11, sententiam probavit Boeckhio ipsi (Berlin. Monatsber. 1857 p. 487).

2) Incertus sum, num proxeniae decretum sit in titulo Lebadeensi, quem ed. Cumanudes Ath. IV, 376.

συμφέρον πράττουσι n. 5 — κ. τ. π. *αἱ τοῖς δεομένοις χρείαιν παρέχεται* ἐν π. κ. n. 8 — *καὶ εὐ παντὶ καιῷ τὸ συμφέρον πράττει τῇ πόλει καὶ ιδίᾳ ἐκάστῳ καθά ἀν δυνατὸς* ἢ n. 9. 10; simili-
liter n. 6 et 7. In omnibus reliquis nihil quidquam additum est.

Proxeniam non sublatam esse post mortem eius, cui delata esset (Meier. l. l. p. 14) Boeotiae tituli consentientes testantur; addita vides verba *αὐτὸν* (*αὐτὸν*) *καὶ ἐγγόνον* (*αὐτὸν* καὶ *ἐγγόνον*) vel dativos *καὶ αὐτῷ* *καὶ ἐγγόνῳ* (in foederis proxenia Lolling. l. l. p. 93); *καὶ αὐτὸν* *καὶ ἐγγόνον* (Orchom. Keil. S. I. B. L); omissa sunt in uno foederis Boeotici (C. I. 1565) decreto, neque eo secius hanc quoque proxeniam ad posteros pertinuisse cum Meiero statuendum puto, praesertim cum aliud eiusdem communis concilii decretum doceat id non omnino alienum fuisse a proxeniis foederis.

Usu factum est apud Boeotos, quod intellegamus ex titulis, ut, qui proxenia dignus censeretur, idem *εὐεγέρτεον* ornamento frueretur; neque enim usquam cum eo, qui proxenus appellatur, *εὐεργέρτεον* nomen non coniunctum vides. Cum in plerorumque decretorum initio ad *προσέρνον* (*οντ*) additum sit *καὶ εὐεργέρτην* (*ας*), ubi id omissum est, certe in fine comparent verba *καθάπερ* vel *ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις* sive *λοιποῖς προσέρνονται καὶ εὐεργέρταις*¹⁾.

Privilegia, quae proxenis a Boeotis tribui solebant, haec sunt. 1. *γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησις* (*γᾶς καὶ Εὐζίας ἔπλασις*) — in proxeniarum decretis foederis Boeotici, Tanagraeis, Orchomeniis, Chorsiensibus, Oropiis, Thespensiis — 2. *ἰσοτέλεια* (*Εἰσοτέλη*) — Tanagr., Orchom., Orop. — 3. *ἀτέλεια* — foed. Boeot., Orchom., Orop. — 4. *ἀσφάλεια* — Tanagr., Orchom., Orop., Thesp. — 5. *ἀσύλια* (*ἀσούλια*) — foed. Boeot., Tanagr., Orchom., Orop., Chorsiens., Thesp. — ad *ἀσφαλίαν* et *ἀσύλιαν* addita sunt verba *καὶ πολέμων* καὶ *ἰράνας λόσας* καὶ *κατὰ γάρ* (*κατὰ γάρ* C. I. 1565) καὶ *κατὰ θάλασσαν* (vel dialecto vulgari *καὶ πολέμου* καὶ *εἰρήνης οὐσης* καὶ *κατὰ γῆν* καὶ *κατὰ θάλασσαν*) sive ordine inverso *καὶ κατὰ γάρ καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ πολέμων καὶ ιράνας λόσας*. — In fine decretorum haec verba scripta sunt: *καὶ τὰ ἄλλα* (*τὰλλα, τὰ λυπὰ* *πάντα καθάπερ*²⁾ (*διπότια ὄσα, ὄσαπερ*) καὶ *τοὺς ἄλλους* (*λοιποῖς*) *προσέρνονται καὶ εὐεργέρτης τὰς πόλιος*; verbum *γέρωντη* (*ταῦ*) sive *ὑπάρχει* in nonnullis additum est; in duobus Oropiis (Preller. n. 7 et 8) scriptum est *καὶ τὰλλα πάντα ὑπάρχειν καθάπερ κ. τ. λ.* Omnia, quae enumeravimus privilegia, nisi in Tanagraeis³⁾ Oropisque titulis uno decreto non continentur, in iis vero civitatibus id plerumque factum esse observamus — per se apparet, ubi *ἰσοτέλεια* mentio fiat, *ἀτέλειαν* locum non habere (cf. Meier. l. l. p. 20 sq.).

Ius agros et domus in civitate peregrina possidendi (*ἔγκτησις*) omnibus proxenis ab una-
quaque Boeotorum civitate datum esse tituli docent, neque enim in ullo proxeniae decreto
desideratur; atque idem statuendum est de *ἀσφαλίᾳ* et *ἀσύλᾳ*, quae ubique aut singula aut
(id quod plerumque fit) coniuncta in decretis comparent, *ἰσοτέλεια* et *ἀτέλεια* non ab omnibus

1) Quia in sententia quominus perstemus non impedimur, quod in una inscriptione Orchomenia (Preller. l. l. n. 6) *εὐεργέρτεον* nomen non exstat; eius in fine post „*προσέρνονται*“ erosum esse „*καὶ εὐεργέρταις ὑπάρχει*“ sive „*γέρωνται*“ ex reliquis eiusdem urbis inscriptionibus colligimus.

2) Quam formam cum omnes ad unum tituli Tanagrai praebant, „*διπότα*“ quod Boeckhius ad C. I. 1562 et 1563, b. coniecit in „*καθάπερ*“ mutandum esse manifestum est.

3) Non inutile videtur unum ex Tanagraeis titulis supponere. Athen. IV, 210. n. 2. *Ἄρειος κλίδας ἀρχοντος μετρίων θυντερίης, κατὰ δὲ θιὼν Όμοιῶν ἐοικεστή, ἐπενάσιδε Αγάθαρχος. Εὔροστος Μελίτωνος ἔλεξε. δεδόχθη τὴν δάμνην, πρόσερνον, εἶμεν καὶ εὐεργέρτην τὰς πόλιος Ταναγρῶν Λιμνούσιον Θιοφίδιος Λαματριαῖα αὐτὸν καὶ ἐγόνοντας καὶ εἶμεν αὐτὸν γάρ καὶ Εὐζίας ἔπλασις καὶ Εισοτέλην καὶ ἀσφαλίαν καὶ ἀσύλιαν καὶ πολέμων καὶ ιράνας λόσας καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ τὰ ἄλλα πάντα καθάπερ τοὺς ἄλλους προσέρνονται καὶ εὐεργέρτης.*

civitatibus tribuebantur, illa enim, Tanagraea decreta et Oropia si exceperis, in uno Orchomenio (Keil. S. I. B. IV^b annis fere 223—190 a. Chr. tribuenda est, vide Keil. S. I. B. p. 23) imperit; neque haec plus tribus titulis (duobus foederis Boeotici C. I. 1565. Lolling. l. l. 93 et uno Oropio Preller. l. l. n. 6.) decernitur. Quod Robertus dicit in Hermae vol. XI. p. 102: „schwerlich wird man irren, wenn man, wie es denn für unsern Stein einfach feststeht, den Proxeniedecreten ohne *ταορέλεια* resp. den höheren Vergünstigungen der *ταολολιτεία* oder *άτελεια* ein relativ höheres Alter zuschreibt“ id ita probo, ut de eiusdem urbis decretis statui posse putem; neque vero diversarum civitatum decreta ita inter se conferenda esse persuasum habeo¹⁾. —

Ex uno Aeraephensium titulo intellegimus aliqua in civitate proxeniarum decretis nulla addita esse singula privilegia, quod idem in civitatibus non Boeotis (C. I. 2331) raro accidisse testatur Meier. l. l. p. 15, not. 141. Titulum (ed. Girardus Bull. d. corr. hell. II. p. 507) cum valde differat a reliquis apponendum curavimus.

ΓΡΟΞΕΝΙΗΣΙΟΝΝΙΑΑΣΑΙΝΟΜΑΧ. ΕΑΕ. Ε
 ΔΕΛΟΧΘΗΤΥΣΣΟΤΝΕΑΡΤΣΚΗΤΤΑ ΜΑΝ
 ΑΡ... ΩΚΩΡ. ΙΟΝΙΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝ
 ΚΗΕΤΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣ. Ο... ΑΚΡΗΦ. ΕΙ. Ν
 ΑΥ ΜΕΝΑΤΤΤΣ
 ΛΙΚΑΙ. ΑΚΗΤΤΣΑΛΛΤΣΠΡΟ
 ΟΣΑ
 Ηροξενή· Χιονίδης Λιγομάζ(ω) ελε(ξ)ε.
 δεδόζθη τος σουνέδονε καὶ τὸ δάμνυ...
 Κωπ(α)ῖον πρόξενον εἶμεν
 καὶ εὐεργέταν τὰς (π)ό(λι)ος Ακοηφ(ι)ελ(ω)ν,
 5. καὶ αὐτὸν καὶ ἐγγόνως καὶ εἰμεν αὐτὸς
 δέκαια καὶ τος μὲν πρό-
 ξενος....)

pro *ἐγγόνως* v. 5 scribendum est *ιογόνως*, versus sextus, cum nihil simile in ullo decreto inventiatur, difficilis est ad supplendum, haud scio an in spatio undecim fere litterarum capaci scriptum sit: *ὅσα γέγονατη*, v. 7 videntur haec excidisse *ξένος καὶ εὐεργέτης τὰς πόλιος Ακοηφι* v. 8 *εἰον*). *Προξενή* forma videtur indicare plura in eodem lapide incisa fuisse decreta id genus. —

Restat, ut eas enumeremus civitates, quarum cives a Boetiae foedere ac singulis urbibus proxenia honorati sunt. Ut ab illo incipiamus, Carthaginiensis quidam, quem in Graeciam legatum missum esse, ut de communibus adversus Romanos consiliis ageret, Boeckhius suspicatur, a Boeotis proxenus appellatur (C. I. 1565). *Orchomenii* proxenia ornant tres cives Megarenses iudices et scribam (Keil. S. I. B. IV^b) et duos Alexandrinos (unum ex Alexandria Aeolensi oriundum C. I. 1564; alter fueritne ex eadem an ex urbe Aegyptia non liquet, Keil. S. I. B. I). A *Tanagraiseis* et Graecarum urbium cives et incolas aliarum terrarum proxenia honoratos videmus. Athenienses singulos (C. I. 1562. Athen. III, 475), duos Corinthios (Ath. IV, 291.), unum Elatensem (ibid. 292.), unum Eretriensem (Herm. XL p. 97 a.), duos Chalcidenses (C. I. 1563, b. c.),

1) De singulis privilegiis vide Meier. l. l. p. 17—23.

Demetriensem (Athen. IV, 211.), singulos Neapolitanos (Macedoniae) (Athen. I. I. 293. Herm. I. I. b.), Macedonem, urbis nomine non addito (Herm. I. I. c.), Pisidam (ibid. c.), tres cives Antiochiae, Syriae metropolis, quae vocatur Epidaphne (Athen. IV, 211). *Thespiarum* civitas pluribus Atheniensibus (Lebas. n. 497. cf. Keil. z. S. p. 537.) et uni Corinthio (Keil. I. I.) impertivit. *Chorsienses* Phenei civem proxenum suae civitatis esse volunt (Athen. IV, 215. cf. p. 304), *Oropii* eundem honorem tribuunt Thebanos¹⁾ cuidam (Preller. I. I. n. 8.), tribus Atheniensibus (ibid. n. 4. cf. B. d. S. G. d. W. VI, p. 205. — n. 6 et 7.), duobus Chalcidensibus (ibid. 5.), totidem Meliteensibus (Thessalis ibid. 9 et 10), uni Creti (C. I. 1566.). *Acræphienses* Copaeum quandam proxeniae honore dignantur (Bull. I. I.).

De deorum apud Boeotos cultu.

Eorum titulorum, qui pertinent ad cultum deorum et certamina in eorum honorem celebrata, larga exstat copia. In quibus quamquam fatemur non pauca desiderari, quae ad sacra illustranda faciant, quamquam interdum fit, ut ne ex titulorum quidem fonte haurire liceat, tamen satis multa ex iis emanant, quae alicui scriptorum loco lumen afferunt, multa etiam nova, quae frusta apud scriptores quaesieris. Hoc unum imprimis lapides, qui quasi patroni Boeotorum exstiterunt, docent eos non ita, ut a plerisque scriptoribus traditum legimus, a cultu et humanitate afuisse, quippe quos non modo deorum cultum religiosissime tutatos esse, verum etiam elegantiores artes non minus coluisse quam reliquas Graeciae gentes videamus. Veluti cum non paucos Boeotos in collegiis artificum Dionysiacorum fuisse et victores certaminum quae dicuntur musicorum exstitisse tum permulta a Boeotis ipsis in deorum honorem festa his certaminibus celebrata esse magno inscriptionum numero docemur.

Constat Boeotos ex antiquissimis temporibus Amphictyoniae Delphicae addictos fuisse²⁾, eosdem autem eo ipso tempore, quo Aetoli delubro Delphico potiti erant³⁾, inter Amphictyoniae civitates fuisse ex titulis manifestum est (C. I. 1689. b. Curtius Anecd. Delph. 40—45. Rang. n. 706. — 713. Wescher et Foucart. inscr. de Delphes. n. 2—6). Videmus inde Aetolos speciem quandam veteris societatis servavisse, ita ut singularium civitatum paucos admitterent hieromnemones. Velut in compluribus illis decretis Boeotos binos videmus misisse, in aliis non comparent (Rang. n. 709. 711. 712. Wesch. et Fouc. 3. 4. 6.), quod ita explicandum puto, ut singulæ civitates praeter Delphos, qui ubique exstant⁴⁾, in vicem hieromnemones mittere ab Aetolis iussi sint.

1) Non recte Rangabeius n. 687 ad *Θηβαῖα* addidisse videtur (p. 262) „est l'habitant de Thèbes phthiotiques;“ quod si ita esset, non dubium est, quin addituri fuerint id quod n. 681 et 682 ad Meliteensem illum adiunctum videmus „Θεσσαλῶν — τῆς Φθιωτίδος.“ Neque abhorruisse ab usu Boeotorum ut et ipsius Boeotiae urbis cives proxenos appellarent patet ex Acræphiensium decreto (Bull. de corr. hell. II. 508). Formam *Θηβαιῶν* pro *Θηβαῖος* testatur Stephanus Byz. atque *Θηβαῖος* omisso iota ex Boeotismo scriptum est, ut *Πιαταιῶν*; cf. Ahrens I. p. 188 et Add. II. p. 520.

2) Schoemann, Gr. Alth. II^a, p. 32 sq. Rang. A. H. II, p. 319 sq.

3) De tempore vide Boeckh. C. I. p. 824. Rang. A. H. II, p. 321.

4) Curt. I. I. n. 43 nulli exstant nisi Aetoli.

Compleures apud Boeotos deos non singularum urbium proprios habitos, sed cum omnium civitatum communes essent ab universo Boeotorum populo cultos esse satis notum est¹⁾. In summo honore videtur fuisse Minerva quae vocatur Itonia s. Itonis, cuius ad delubrum prope Coroneam situm (eius reliquias nondum repertas esse — Ross, Wanderungen i. Gr. I, p. 33 — valde dolemus) cunctae Boeotorum gentes confluebant, ut ibi Pamboeotia certaminibus celebarent. Quae qua ratione instituta sint, iunctane fuerint certamina equestria, gymnica, musica indicare non licet, cum una sola inscriptio ad nostram pervenerit aetatem, qua docemur in eis ludos equestres ita institutos esse, ut „totae alae vel turmae inter se decurrerent“²⁾. Inter quas Lebadeensem equitatum viciisse eodem ex titulo cognoscimus (C. I. 1588). Ad imperatorum tempora Pamboeotia duravisse patet ex duobus titulis uno Acraephiae altero Chaeroneae reperto (Keil. S. I. B. XXXI. v. 73. p. 118. Decharm. l. l. n. 16), quorum illum temporibus Gai, hunc non ante Antoninorum aetatem exaratum esse veri simillimum est³⁾; ibi commune Boeotorum concilium imaginem pictam Epaminondae (cf. p. 19) in templo Minervae Itoniae collocandam esse decernit, hic Dexippus quidam lapide sepulcrali honorat matrem defunctam Flaviam Lanicam, quae appellatur ἀρχιέρεα διὰ βίου τοῦ τε ζωτοῦ Βοιωτῶν τῆς Ιτονίας Ἀθηνᾶς. Num Boeoti illic, praeterquam quod sacra communia celebrabant, res foederis deliberaverint, ut Aetolorum commune Thermi, quamquam probabile est, tamen, nisi coniectura uti lubet, non possumus non in medio relinquere. —

Praeterea nullus in lapidibus Minervae cultus memoratur, nisi in fragmento tituli vetustissimi Thisbensis (C. I. 1592. cf. Kaibel. epigr. n. 757); quo ultima verba, ut videtur, hexametri continentur: ΙΔΑΝΕΘΕΚΕΝΑΘΑΝΑΙ δ' ἀνέσηνεν Αθάνα.

Proximo loco dicendum est de Jovis apud Boeotos cultu atque initium faciendum putamus a Jove Liberatore (*Ἄιδι Ἐλευθερίῳ*), qui ab universis Graecis Plataeis colebatur. Persis victis Graeci illa in urbe Aristide auctore (Plut. Arist. 21) Jovem Liberatorem ara et statua (quam memoratam vides C. I. 1624) honoraverant, atque in eiusdem honorem ludos quinquennales gymnicos instituerant (Paus. 9, 2. 5 et 6. cf. Plut. Arist. 19 et 21), qui commemorantur in titulo Megarensi (C. I. 1068), ubi inter alios ludos habes *Ἐλευθέρια τὸν Πλαταιῶν*; eadem certamina laudantur in inscriptione Halicarnassensi, imperatorum temporibus tribuenda (Rev. arch. XXIV, p. 109 sq. *Ἐλευθέρια τὰ τὸν Πλαταιῶν ἄνδρας ἐπινοεῖ*, unde appareat iis equestria certamina inserta fuisse); haud scio an ad hos ludos spectent verba epigrammatici, quod Kaibel. l. l. n. 931 edidit: *αἰροφόνος τε Πλαταιῶν ἵγκα(ταῖνεν στεφάνως)*. Jovi Liberatori commune Boeotorum donarium quoddam, tripodem ut videtur, misisse patet ex fragmento tituli nuper Coelae, in vico prope Plataeas sito, reperti (Bull. de corr. hell. I. p. 208) verbis his: *Βοιωτοὶ Άιδι Ἐλευθερίου τὸν τρίποδα ἀνέσεινεν.* Foucartius tertio eum saeculo a. Chr. tribuendum censet.

Jovem Servatorem⁴⁾ (*Άιδι Σωτῆρα*) Acraephiae esse cultum patet ex inscriptione ibi reperta (C. I. 1587), ubi habes catalogum eorum, qui in iudicis Soteriis victores evaserunt. Eos ludos post bellum Mithridaticum institutos esse summa cum probabilitate ostendit Boeckhius l. l. Eos et musicos et gymnicos fuisse patet ex altera parte inscriptionis, quam edidit Leakins

1) Daedala magna in honorem Jovis et Junonis Plataeis (Paus. IX, 3. 5) et Posidonia Onchesti (Strab. 9, 284) antiquitus instituta, quae item ab universis Boeotis celebrabantur, hic omittere consentaneum videtur, cum in titulis eorum nulla mentio facta sit.

2) Verba sunt Boeckhii ad C. I. 1588.

3) De tempore horum titulorum vide Keil. S. I. B. p. 120 sq. et Henzen. Ann. dell' inst. 1866 p. 141.

4) De Jove aliisque dis et deabus Servatoribus vide M. H. E. Meieri comment. epigr. p. 65 sq.

tab. XI n. 50, a. (Keil. S. I. B. VIII. p. 60 sq.) post eum Lebas. n. 585, b., cuius in fine cum certamina musica antecedant haec verba exarata leguntur:

*τὸν ὀπίστηρ ἀ(π)ὸ τοῦ τροπαῖον
Οἰώμπιζος Αριστί(δ)ον Θηβαῖος
τὸν δαενῶν ἀπὸ τοῦ τροπαῖον.*

Eadem in urbe colebatur *Ζεὺς μέγιστος*, cuius in honorem Epaminondas Acraephiensis ille boves immolavisse perhibetur C. I. 1625 v. 66.

Ζεὺς μεικτίχιος Orchomeni videtur cultus fuisse, siquidem recte, ut mihi videtur, Boeckhius C. I. 1568, v. 4 elementa *ΑΙΙΜΕΙΑΙΑ* collato versu 8, ubi exstant *ΧΤΜΕΙΑΙΧΙΤ* (*τὸν Μεικτόν*) legenda esse censem *Ἄλλα Μεικτάν* (cf. Lebas. n. 615).

In Jovis honorem Tanagrae certamina facta esse coniecit Decharmius nisus titulo in Helicone reperto (l. l. n. 48), ubi inter victorias ludorum commemorantur *Καισάρια ἐν Τανάγρᾳ*; ad haec enim referendum putat, quod scriptum est C. I. 1582:

*Ἐπιζόα τύρδ ἀνέθηκε Φορύστας παῖς ὁ Τολάκος
Κῆρος τικίσας παῖδες ἀγῶνα Λιός.*

Quamquam hoc conici magis quam seiri vir doctus ne ipse quidem negaverit. An est, quod impediamur, quominus ea cum Foucartio (Rev. arch. XXIX p. 112) ad notissima illa basilia Lebadeae acta referamus?

Summo in honore fuit oraculum Jovis Trophonii Lebadeae; eius mentionem factam videmus in titulo Lebadeensi (Keil. S. I. B. XVI p. 79. *Αἰονίων Εὐσταχόντος κατὰ χοησμὸν Λιός Τροφονίου*). Hunc eundem esse atque Jovem Regem (*Ἄλλα Βασιλέα*) Ulrichsius (Reis. u. Forsch. i. Gr. I. p. 169, not. 22) mihi persuasit¹⁾. Juppiter Trophonius occurrit duobus titulis Lebadeensibus C. I. 1571 (Lebas. n. 761) et Lebas. n. 762 (Keil. z. S. p. 577 sqq.), quorum priore „pecuniarum recensus continetur, quae a variis hominibus Lebadeae vel dedicatae vel depositae erant in Trophonii thesauro“; non de aliis cogitandum esse locis, id quod in medio relinquendum putavit vir doctus (p. 755. a.), videtur patere ex titulo altero, quo decretum simillimum continetur; eius initium hoc est: *Θεὸς τίχῃ ἀγαθῇ. Οὐδὲ συνεβάλλοτο εἰς τὸν τεροῦ σηκοῦ (Σησανδρόν) ὁ λερεὺς τοῦ Λιός τοῦ Τροφονίου Τροφονιάρος* z. r. l. — Deinde equites Lebadeenses *Τροφονίῳ* dedicant nescio quid ob victoriam in Pamboeoitiis reportatam (C. I. 1588. cf. p. 27). Addenda est inscriptio Chaeronensis (Decharm. l. l. n. 16), ubi honoratur sacerdos quaedam *τῆς Ὄμοροις τὸν Ἑλλήνων παρὰ τῷ Τροφονίῳ* (de *Όμοροις* vide infra p. 37). Fateor me nescire, qua auctoritate nisus Decharmius dicat l. l. p. 30: „Or, Trophonios était honoré en Béotie, à Oropos à Lebadée surtout“, neque quo iure Pittakius (Eph. arch. 3046) ex litterarum frustulis efficerit *Τροφώνεια τὰ ἐν Ωρωπῷ* (cf. p. 36); equidem praeter Lebadeensem nullum in Boeotia Trophonii cultum novi (de Trophonio, cuius simulacrum anaglyptum Ulrichsius: Reis. u. Forsch. II, p. 72 prope Eteonum invenit, nihil constat). *Ζεὺς βασιλέας* appellatur in titulo Lebadeensi apud Keilium S. I. B. XI p. 71 sq. (Lebas. n. 752), ubi sunt haec verba: *Νέων Φασκό(ρδαο) ἀγωνοθετεῖσας τὰ βασιλεῖα τὸ ἐληζοτο(τείλον) ἀνέθεικε τοῖ(τοῖ) τοῖ(τοῖ) βασιλεῖ(ι) ζ(η) τῆ(η) πόλι(α)* (a qua ex more oleum ad certamina publica praebendum erat²⁾). Ex eadem urbe accedit tituli frag-

1) In eadem sententia sunt Wachsmuth. Hell. Alth. II, p. 506. „Zeus Trophonius oder Zeus Basileus“ et Welcker, gr. Götterl. II. p. 489. Longe alium esse Jovem Trophonium ac Regem contendit Stephanius, Reise durch einige Gegenden d. nördl. Griechenlands p. 71., qui sententiam probavit Keilio S. I. B. p. 54 et 80.

2) Krause, d. Gymn. u. Agon. d. Hellen. I. p. 191 sq. . . . dass es für die spätere Zeit sehr wahrscheinlich wird, dass die Bestreitung des Odes vom Staate ausging“.

mentum Keil. S. I. B. XXV, C. p. 106. (Lebas. n. 753.) *Λιτί βασιλεῖ καὶ τῇ πόλει Λεβαδέων
Μέρανδρος Χορούμου.*

Ludi, qui in eius dei honorem post pugnam Leuctricam instituti erant (Diod. Sic. XV, 53), et *Βασιλεῖα* nominabantur et *Τροφόνεια*¹⁾, atque constabant ex certaminibus musicis, gymniciis, equestribus. 1. *Βασιλεῖα* appellata sunt: Arch. eph. 1862. n. 219. Atheniensis poetae dithyrambici victoriae enumerantur, locum ibi tenent *Βασιλεῖα ἐν Αἰξανδρείᾳ*, *Βασιλεῖα ἐν Μακεδονίᾳ*, *Βασιλεῖα* quae, cum nihil additum sit, Lebadeensia, notissima basiliorum, videntur esse. C. I. 1515 Areas quidam vicit „*Βασιλεῖα ἄνδρας δόλιζον*“. Foucart et Wescher Inscr. de Delphes n. 477 victor „*τὰ βασιλεῖα πλάδεις στάδιον*“ Apollini nescio quid dedicat; certamina equestria laudantur in epigrammate Thebano (Cumanudes Athen. III, p. 478. Foucart. Rev. arch. XXIX, p. 110. Kaibel. I. l. n. 492); ibi vv. 5 sq. haec sunt:

ὅς *Βασιλεῖα Λιὸς καὶ ἐν Ἡρακλέους τοῖς ἐνάσθιοις,*
ἴπποις νικήσας δόματ' ἐπηγγλάσσειν.

Nescio, quid sibi velit Kaibelius, cum addat „Jovi βασιλεῖ sacra faciunt Trophonii oraculum adituri“; hoc nihil ad rem, cum per se appareat h. l. de ludis basiliis sermonem esse. Valde autem miror, quod idem v. d. in epigrammate n. 931 explicando ita erravit, ut Pamboeotia Lebadeae acta esse diceret, in errorem nescio quo pacto inductus titulo C. I. 1588, quem supra laudavimus p. 27; verba inscriptionis haec sunt:

Σοὶ τάδ' Ὀρίτωρ μῆλα πατρῷοις σήματα νίκης
Πνευμόης τερψίς τι ἀπτίθεμι εὐεπίης.
Τὸν Νεμένη Θύβη τε καὶ εὐρύχορος *Λεβαδέα*
μηδορόνος τε Πλάται οἶγλάσσειν στεφάνοις κ. τ. λ.

v. 3 quin *βασιλεῖα*, non Pamboeotia sint intellegenda dubitari nequit. (v. 4, ut hoc addam, adicienda erant Eleutheria, quae item Plataeis celebrata esse supra vidimus p. 27). Eadem basilia memorantur in fragmento lapidis Thebis reperti, quod edidit Foucart. Rev. arch. XXIX, p. 112 sq. (Decharm. I. l. n. 9), in titulo Lebadeensi supra laudato (Keil. S. I. B. XI p. 72), in inscr. Rhodia (Foucart. inscr. inéd. d. Rhodes. n. 14). 2. *Τροφόνεια* nominantur in titulo Attico (Rang. n. 967), ubi duo athletae Athenienses *Τροφόνεια τὰ ἐν Λεβαδείᾳ* (*Λεβαδίᾳ*) bis ἄνδρας παρησάπτων et πάλην viciisse perhibentur. Eph. arch. 2563 Megarensis quidam victor evasit *Τροφόνεια* πιγμήν. C. I. 1068 civis eiusdem urbis praeter alios ludos *Τροφόνεια ἐν Λεβαδείᾳ* bis viciisse dicitur. Eph. arch. 4096 *κιῆρος δισπερόδος*²⁾ vicit in iisdem ludis. Hos ludos quinquennales fuisse probat Boeckhius collato titulo Lebadeensi C. I. 1603, ubi verba *τερψτεύσας πενταετηρίδα* interpretatur: „sacerdotio functus in quinquennalibus Basiliorum ludorum“.

In honorem Jovis Homoloii³⁾ ludos (*Ομοιώτη*) certaminibus musicis Orchomeni actos esse cernimus ex C. I. 1584; cum iisdem iuncta fuisse certamina gymnica perspicuum fuerit ex titulo Megarensi (Eph. arch. 2558), ubi inter athletae victorias commemorantur *Ομοιώτη πυγμήν*, quamquam ambigimus, utrum ad Orchomenum an ad Thebas, ubi iidem ludi celerabantur (Müller. Orchom.² p. 229), verba referenda sint.

Juno Regina (*Ἡρα βασιλίς*) una cum Jove Rege colebatur, id quod patet ex C. I. 1603;

1) vide Boeckh. Explicatt. ad Pindar. p. 176. C. I. p. 779, a.

2) Vide Pittakis. I. l. p. 2055 sq.

3) cf. Boeckh. C. I. p. 733, b. Welcker. gr. Gött. II, p. 208, not. 110.

ibi huic deae dedicationem advertimus factam esse ab eodem, quem supra (p. 29) Jovi Regi nescio quid dedicare vidimus, Menandro. *Βασιλίδης* aliud epitheton eiusdem Junonis, quae *'Ηρόζη* dicta sit a Pausania (IX, 39. 5), esse censem Boeckhius p. 779, b.¹⁾ Mirum est quod, cum constet Junonem a Boeotis multis festis multisque templis cultam esse (Preller. gr. Myth. I³, p. 129) hoc unum exstat exemplum lapideum, quo huius deae mentionem factam videmus.

Quamquam Apollo colebatur, id quod comperimus ex scriptoribus, Thebis, Tanagrae aliisque Boeotiae in oppidis, tamen nullae templorum reliquiae adhuc in lucem sunt protractae praeter oraculi Ptoi, qui vocatur, Apollinis²⁾, prope Aeraephiam siti. In inscriptione ibi a Lollingio reperta (Mitt. d. dtch. arch. Inst. in Ath. III, p. 87) Boeoti gratias referunt Apollini pro oraculo foederi salutem ferente hisce verbis: „τοῖς Ἀπόλλωνι τὸν τρίποδα ἀνέθειαν Βοιωτοὶ μαντεύσαμέντο τὸν θεόν καὶ ἀποδόντος τὰν ἀγαθὰν μαρτεῖαν.“ Tripodem, ut videtur, dedicare eosdem intellegimus ex titulo ibidem reperto, quem edidit Ulrichs. I. I. I, p. 247. (repet. Keil. S. I. B. X.); ad eundem deum referendi videntur tituli, quibus oraculum Apollinis memoratur: C. I. 1593. Bull. de corr. hell. I. p. 208 et 210. Posteriore aetate obsolevit oraculum, sicut alia Boeotiae praeter Trophonium, id quod discimus ex Plutareho (de defectu orac. V). Oraculum Ptoium, quamquam aliquando Thebanorum fuisse testatur Strabo (IX, 2. 34. p. 413), tamen saeculo fere tertio a Chr. nostro iure colligimus in potestate Aeraephienum fuisse. Qui cum illa aetate sui iuris essent, ut patet ex titulis nuper editis (Bull. de corr. hell. II, 507 sq.), ipsi res Apollinis Ptoi curasse videntur; quod idem perspicuum est ex titulo Aeraephieni, quem supra laudavimus p. 14 et 22, ubi polemarchi a senatu populoque Aeraephieni iubentur praemium nescio quod locare hominibus privatis, qui 2000 drachmas donaverant εἰς καθεατάσαι (ita legendum rectissime statuit Keil. S. I. B. p. 133 contra Ulrichsium, qui I. I. p. 248 n. 16 proponit εἴσκαθασαι) εἰς τὰ Πτώσα τὰ περιστέραια. Cum magnificentissimis enim epulis iunatos fuisse ludos in honorem Apollinis Ptoi institutos quinquennales festumque illud pompis magnis choreisque (*σύγροις*) patriis celebrari esse solitum novimus ex C. I. 1625 v. 47. Eiusdem inscriptionis vv. 36 sq. nos docent Ptoia, cum per triginta annos defecissent, ab Epaminonda Aeraephieni fere aetate imperatoris Gai renovata esse. Ex more illorum temporum coniuncta videmus Πτώσα καὶ Καισάρηα, ita ut unum efficerent festum. Apollinem Daphnephorium³⁾ Chaeroneae cultum esse ex lapide illo in oppido reperto (C. I. 1595) videtur apparere, qui, ut ex verbis: „Ἀπόλλωνος δαφνηφορίῳ Αρτάμιδος σωσθίας“ manifestum est⁴⁾, basis fuit statuae Apollinis eiusque sororis.

Dianam *Chaeroneae* cultam esse praeter eum, quem modo laudavimus, alii tituli docent; qui omnes petendi sunt ex Corp. Inscr.: serva dicatur Dianae hierodulus⁵⁾ 1609 eiusque sacerdos memoratur 1635; praeter titulum C. I. 1595 (patet enim *σωσθίας* eandem esse atque εἴσειθμας) quattuor Dianam Ilithyiam suppeditant, quibus gratiae referri videntur deae pro

1) Ulrichs. Reis. etc. I, p. 169 dicit *'Ηρας βασιλίδης* esse *Κόρην* sive *Ἐρενίναν*, reginam Orci, nisus conjectura nimis, ut mihi videtur, audaci; verba Pausaniae (IX, 39. 4) *Κόρης λοτὶ καλονηένη θήρα* mutanda putat in *καλονηένης Ήρας* (p. 177).

2) Paus. IX, 23. 6.

3) De hoc deo vide, quae attulerunt Boeckh. Pind. Fragn. p. 590. Preller. Myth. I³ p. 229 et 233.

4) cf. Franz. el. ep. Gr. p. 331.

5) De manumissione sacra scripserunt Hirtius „Die Hierodulen“ cum appendice Boeckhii p. 48 sqq. Boeckh. C. I. ad n. 1608. E. Curtius Aeneid. Delph. p. 16 sqq. M. H. E. Meierus Die Lehre von der Freilassung, Allgem. Litter. Ztg. 1843.

partibus benigne in lucem prolatis. 1596 et 1597 appellatur *Ἄρτανος Εὔευθης* (ita etiam 1596 scriptum esse, non *Εὐείσθια*, id quod praebet Boeckhius, docet consensus apographorum Lebasii n. 794 et Rangabeii n. 1218); 1598 pro Ilithyis ipsis dea appellatur, ubi gratias agere vides maritum cum uxore *Ἄρτεμιον πόδας*. *Tanagraeum* titulum similem edidit Cumanudes Athen. IV, 294 *Ἀθανάκηνα Τύρω | Ἀρτέμιδη Εὔευθηνη*. Eadem deae *Thespia*s filia a parentibus dicatur Dech. I. I. n. 28 ... *καὶ (θ)υγατέρας Φιλίππα(α)ς Ἀρτέμιδη Εὔευθηλα*. Templum *Ἄρτεμιδος Εὐείσθεας* *Thebis* fuisse memorat Pausanias (IX, 17. 1.), ad hanc deam referendum videtur epigramma sacerdotis ut videtur statuae subscriptum Keil. S. I. B. LXIV, p. 174. Kaibel I. I. n. 869. *Lebadeae Ἀρτέμιδη ἀγοροῖδη*, quae vulgo *ἀγοροίδη* nuncupatur, gratias agi videmus in titulo a Cumanude (Athen. IV. p. 377) edito: *Ἄγαθη τύχη | Αἴρ. Κάσσα- | λος Ἀρτέ- | μίδη ἀγο- | ροῖδη καρ- | στήρων*. — *Haliartī* Dianam cultam fuisse patet ex titulo ab Ulrichsio primum edito (ann. dell' inst. XX. p. 55. n. XII., repetit Keil. z. S. p. 573 sq.), ubi sacerdos *Ἄρτεμιδος* comparet. Haud scio an templum Diana inter ea fuerit, quae Pausanias (IX, 33. 3) confirmat ibi se vidisse neque comperisse, quorum deorum sacra essent. In titulo Pittakisi (Eph. arch. 3064) occurunt elementa *ΑΡΤΕ..ΜΓΙΙΙΤΕΙΑ*, in quibus num editor recte putet inesse verba „*Ἄρτεμιδη Εὐείσθεα*”, dubito cum Keilio (z. S. p. 589); quo in loco lapis fuerit, Pittakis reticet, nisi fallor ad Thisben, cuius oppidi tituli antecedunt, pertinet.

Aesculapium, ad quem iam transgredimur, pluribus in Boeotiae oppidis cultum esse ex solis inscriptionibus novimus, cum scriptores, quod sciām, hac de re taceant. Ac primum quidem ex manumissionis decreto Thespiensi (Keil. z. S. n. XXI.), quod alteri a. Chr. n. saeculo videtur tribuendum esse, patet eius templum illa in urbe fuisse. Eutychus quidam manumittit tres servos et unam servam, ita ut eos tribus committat patronis coram Aesculapio teste, cuius in templo columnam, in qua manumissio inscribitur, collocat. His patronis libertas servorum pronuntianda est post Eutychi obitum in sepulcro eius (de hac nova manumissionis ratione vide Keil. I. I. p. 522 sq.). Orchomeni Aesculapium cultum esse appetet ex titulo a Rangabeio edito n. 898; cuius in initio, quod repetit Keil. z. S. p. 579 apographo Welckeri nesus, cum haec existent verba: *Θιός τοῦ συνεβάλονθο ἐν (τ)ὸν (θεοσανθὸν τῷ) Ἄσ(κ)λαπιῶ¹*, intellegimus recensum contineri pecuniarum deo dedicatarum (cf. de Trophonio p. 28); sequuntur *ἀγοραῖς* quatuor ut videtur cum patronymicis et scriba, quos non ad civitatem, sed ad Aesculapii *γερονταῖς* *ἴερᾶς*, qualis occurrit in titulo sequenti, pertinere arbitror; neque enim ullo in Orchomeniorum decreto plures archontes temporis designando inserviunt. Iam accedimus ad eum titulum, quem contra Boeckhium, qui eum Locrensibus adnumeravit (c. I. 1755), Curtius inter Boeoticos recepit (eum secutus est Keil. S. I. B. XXII. a. p. 90²) ac recte quidem, iam enim constat (cf. Bull. de corr. hell. II, 503 sq.) eum ad Hyettum, urbem Boeotiae, esse referendum. Inde intellegimus concilium sacrum *τοῦ Σωτῆρος³* *Ἄσκληπιοῦ* dono accepisse *χωρεῖδιν στυγάλευον* (ex apographo Girardi), quod agrum incultum significare videtur, octo plethra continens, cuius fines in hoc titulo e vicinis definiuntur; in eodem lapide exstat alius titulus huic simillimus (amplius apographum dedit Girard. I. I.) in fine apponuntur socii concilii sacri novem. In margine lapidis tertius est titulus, quo quid continetur ne ex Girardi quidem apographo satis constat, subscriptus

1) De forma *Ἄσκλαπιοῦ*, quae in lapide exstat, cf. Keil. z. S. not. 71.

2) Nescio, quo Lebas. titulum referat, cum eundem bis ediderit, n. 608 (inter inscr. Cyrton.) et n. 1011 (inter Locrid. inser.)

3) De aliis *Ἄσκληπιοῖς Σωτῆροι* cf. Keil. S. I. B. p. 92, quibus complures addidit Meier. comm. epigr. p. 65.

est archon eponymus, Aur. Zopyrus, quem, cum eius nomen inter γεροναυαστάς desideretur, Orchomeni archontem fuisse censeo.

Mercurium duobus in titulis Lebadeensibus offendimus (Keil. S. I. B. XIII, p. 75 et XIV, p. 77), quorum hunc dedicatorum esse sponte patet (*Μερκουρίου Μωάζιονος Ἀσημαῖος Ἐρμῆς*), illum:

<i>Παρέμορος</i>	<i>Νομοκόπια</i>
<i>Ἄργιας</i>	<i>Ἄργια</i>
<i>Ἐπιφόριες</i>	<i>Μονήκη</i>
<i>Χαροπάτης</i>	<i>Εμπεδούτης</i>
<i>Ἐχεσθένεις Ἐρμῆς</i>	<i>Ἐρμῆς</i>

item esse dedicatorum demonstravit Keilius (S. I. B. p. 75) contra Stephanium, qui (Reise durch ein. Ggd. d. n. Gr. p. 71) *Ἐρμῆς* nominativum (coll. Paus. IX, 39. 7) esse contendit. Recte enim monet vir doctus, si *Ἐρμῆς* legendum statuamus offensioni esse, quod pro duobus, qui commemorentur a Pausania, quinque h. l. afferantur Hermae, neque, quid mulieres alteri columnae inscriptae sibi velint, explicari posse. Dativum igitur *Ἐρμῆς* sicut in altera inscriptione locum tenere. Chthonium¹⁾ esse Mercurium illum Lebadeensem idem vir doctus mihi persuasit.

Mercurius *ἱραγώνιος* coniunctus cum Minya comparet Orchomeni (Keil. S. I. B. XV, p. 77); ei gymnasarchus nescio qui ex more ab ephebis dedicatur. Ad eundem *ἱραγώνιος* referendus est titulus Thisensis, quem ediderunt Pittakis. Eph. arch. 3062 et v. Velsen. Arch. Anz. XIV. p. 283: *Π(όλιος) Ἀγαθοκλέους* (*Θισβένης | γυμνάσιαρχίσας ἐκ τῶν | ιδῶν ἀνέθηκεν τὴν στο-* | *ἀν καὶ τὴν εἴσοδον καὶ τὰς | θύρας Ἐρμῆ, Ἡρακλεῖ | καὶ τῇ πόλει.* Saepius autem Mercurium et Herculem tanquam praesides gymnasiorum componi nemo nescit (vide Welcker. gr. Gött. II. p. 450 sq. p. 765). Dedicatarum stoarum exemplis, quae Franzianis (el. ep. Gr. 334) adiecit Keilius S. I. B. p. 85, hic titulus est adserendus.

Cereris nisi in una inscriptione Copaea (Eph. arch. 789) nusquam mentionem factam vide-mus, ibi exstant verba:

*ΙΑΜΑΤΡΑ
ΤΑΤΡΟΠΟΛΩ*

quae Keilius (z. S. p. 584) ita transcribenda putavit: *Λαμάτρα* (coll. Lobeck. paral. p. 142) *Ταυροπόλεως*. Quamquam non liquet, qua ratione Ceres Tauropolis appelletur, cum Diana (Preller. gr. Myth. I, p. 251, Suidas s. v.) et Minerva (Hesych. s. v.) solae hoc cognomine praeditae sint.

Neptuni quoque novum cognomen occurrit in titulo Thebano (Keil. S. XII. p. 73. Rang. n. 1212) *Θεοκκὸς Ἐρμαῖος έπόμενοι*²⁾ *ἱμπινήροις*, „*Ἐμπινήροις*“ igitur, vulgari dialecto si utaris, appellatur Neptunus. Aptior haec Keilius explicatio videtur quam Rangabii, qui, cum verba sciuncta scribit: *ἐμ Πινήροις*, haec addit: „éait probablement quelque position près des portes de Thèbes.“ Quod etsi videtur confirmari simili Atticorum dicendi ratione „*Ἐρμῆς ὁ πρὸς τὴν*

1) v. Preller gr. Myth. I. p. 330 sq. Weleker gr. Gött. II. p. 411 sq.

2) Ita in titulo scriptum esse confirmat Vischer, Epigr. und arch. Beitr. aus Griechenland p. 49; aut quadratarii vitium inest aut ω corripitur ut in *Ἀλκαίονος* pro *Ἀλκαιόνος*, *Ἄσταιονος* pro *Ἄσταιονος*.

ντιλδε, tamen propter *πελαια*, quae vox nulla nititur auctoritate, illam interpretationem praeponendam puto¹⁾.

Bacchum, de quo iam disserendum est, in multis Boeotiae urbibus cultum esse lapides docent. Duo exstant *Thebis* collegiorum artificum Dionysiacorum decreta, quibus honorantur, qui de artificibus illis et Baccho, eorum deo praeside, bene meruerant, ita ut eorum statuae Baccho dedicentur. Eorum in altero (C. I. 1600, repetit Keil. S. I. B. p. 105), cuius apographum plenius edidit Lolling. Mitth. d. d. arch. Inst. in Ath. III, p. 139²⁾, videmus statuam Dioclis cuiusdam dedicari Dionysio Bromio. Item in altero titulo, quem post Leakium (tab. X n. 42) Keilius S. I. B. XVII, p. 80 edidit, decretum est „duorum in unum tum sodalitium coniunctorum collegiorum“ (Keil. I. l. p. 81), quae statuam nescio cuius dedicant Dionysio vel eidem Bromio vel Lysio, cuius templum Thebis prope theatrum fuisse auctor est Pausanias (IX, 16. 6.) vel Cadmeo, quem in eadem urbe cultum esse idem testatur (IX, 12. 4). Agronia in honorem Bacchi et Thebis (Hesych. s. v. *ἀγρωνία*) et Orchomeni (Plut. quaest. Gr. 38.) celebrata esse satis notum est (vide Preller. gr. Myth. I, p. 567). Ad hoc festum referendos puto duos titulos Orchomenios (C. I. 1579. 1580), qui Baccho a binis choregis ob victoriam impetratam dedicantur³⁾. Thespis quoque Bacchi festum institutum fuisse appareat ex inscriptione illius urbis C. I. 1633: *'Η βούλη χ(αὶ οἱ δῆμος) | Μασίπλα(ρ...) του λαζετέ(νσασαν Ι-) | οὐδος και Αν(ούλιδος) | τῇ πόλι εἰς τὴν Διο- | νύσου (ξ)ορ(ήν).* (Keil. S. I. B. p. 149 et z. S. p. 583. cf. supra 19). Neque mirum, quod ibi Bacchus festis colebatur, ubi Musarum cultus maxime florebat; quas coniunctas fuisse cum hoc deo tum per se probabile est (cf. Schillbach. Thespiacor. libri III. part., quae est de Mus. p. 22. Preller. gr. Myth. I, p. 402) tum docemur epigrammate in luco Musarum Heliconio reperto (Kaibel epigr. n. 788. Decharm. I. l. n. 52), ubi Terpsichore Musa et Dionysus insignia inter se videntur commutasse, ita ut deus tibiis, hedera Musa uteretur.

Τερψιχόρα

ε(ύ)χηρ) ε(ύ)ξαμενος

Κυσσός Τερψιχόρη, Βρομίω δὲ πρέπει λαγὸς αὐλός

Τῇ μέν ἦν ένθεος ἦ, τῷ δὲ ὥντα τερπν(ά) πνέη.

Secutus sum Kaibelium, qui sententiam rectius videtur perspexisse quam Decharm. I. l. p. 55. Eundem deum iunctum vides cum Pane⁴⁾ et Nymphis in titulo Lebadeensi vivo saxo⁵⁾ insculpto. C. I. 1601. Quamquam enim non infitior tres esse in lapide titulos (Boeckh. I. l.), tamen ne hoc quidem negandum puto ratione quadam singulos hos titulos inter se cohaerere. Eadem in urbe *Διονύσῳ εύσταχον*⁶⁾ statuam vel aliud quid dedicatum videmus ex ora-

1) Reliquorum deorum, qui hoc vel simili utuntur cognomine, indicem proposuit Keilius S. I. B. p. 74, cui inserenda est: „Παλλάς πνεάτης“ Lycophr. Cass. 356.

2) *τὸ κοινὸν τῶν περὶ τῶν | Διόνυσον τεχνεῖτον* (non *τεχνεῖτον*, quod suspicatus est Boeckhius) *τῶν | τὸ Θέρας* *Διοκλῆρος Τυπο- | πράτον Διονύσῳ.*

ἔστησεν Βρομίω Διοκλῆρος Τυποστράτον νιόν
(ἔν πνόλε(ι) τεχνεῖτον μονοσοπάλων αύροδος.

Kaibel. epigr. Gr. n. 876 pro *ἔν πνόλει* elegantius quam rectius, ut videtur (cf. Lolling. I. l. p. 138 not. 2), *ἔνθαδε* scribit.

3) Monendum est praeter hos nullos Boeotorum titulos choregiam suppeditare.

4) Vide Preller. gr. Myth. I, p. 615. not. 4.

5) Franz. el. ep. Gr. p. 332 s. fin.

6) De hoc deo cf. Keil. S. I. B. p. 79. Preller. gr. Myth. I, p. 582, not. 2.

culo Jovis Trophonii (Keil. S. I. B. XVI. p. 79. Rang. n. 1219. Lebas. n. 760). Praeter ea, quae supra laudavimus, Eleutheria *Plataeis* in Jovis honorem celebrata p. 27 alia ibidem acta esse in honorem *Αιονίου Έλευθέρου* elucet ex inscriptione Coclæ reperta, ubi exstat initium catalogi eorum, qui Eleutheria Dionysiaca vicerunt; praeter tubicinem vero et praeconem omnes evanuerunt victores. Eam inscriptionem Keilius edidit in Arch. Anz. 1859. p. 148 sq., repetit idem vir doctus z. S. p. 509 sq., ubi de hoc deo haec habet verba „Der Dionysos Ελεύθερος kommt dem nachmals attischen (Paus. I, 38. 8. Lobeck Aglaoph. p. 661) *Αιόνιος Έλευθερεύς* aus Eleutheræ bei Plataeae gleich.“ (cf. Preller. gr. Myth. I, p. 551); verisimile esse ludos in illius honorem institutos et musicos fuisse et gymnicoes vir doctus ibidem monet. *Thisbae* Bacchi cultum visuisse manifestum est duabus inscriptionibus, quarum in una (ed. Cumanudes Athen. IV, 378), quam antiquioribus temporibus tribuendam esse editor his verbis docet: „τὸ ἀποτύπωμα — δεικνύον γράμματα ἀρχαῖα, ἀλλ᾽ ὅχι τοῦ ἀρχαιοτάτου εἴδους“, exstat epigramma:

Εὐχάριστη θεάτρου Αιονίου
Νεομέδες ἔγον | ἀπ' ἀγαθῶν
μηδὲ μένθη τόδε.

in altera Romanorum aetati assignanda (Keil. S. I. B. XX, p. 86) *Αιονίου* statua (ut videtur) a Tib. Cl(audio) Urbano quodam eiusque uxore et liberis dedicatur θεοῖς Σεβαστοῖς; de quo more vide Keil. I. l. p. 87. Postremo loco vetustioris inscriptionis mentio est facienda (C. I. 1599), quam Leakius Harma, ubi repperit, Tanagrā propinqua translatam esse suo iure putat, qua in urbe templum Bacchi fuisse notum est ex Pausania (IX, 20. 4). Est titulus dedicatorius: *Αιονίωντας Αἰγιτ* — — *Αιονίος* — dialecto vulgari *Αιονίωντας Αἰγιτ* — — *Αιονίος*.

Themidis mentionem factam videmus in titulo, quem Rangabeius Parapungiis repertum edidit n. 1215. (Keil. z. S. p. 583) *Αἰεσὶς Ξενοφῶν | Ιασοιάξασα Θέμιτι*. Cuius deae cum praeter Thebanum (Paus. IX, 25. 4) et Tanagraeum (ibid. 22, 1) nulla delubra innotuerint, non satis liquet, ubi Themidis, quae hoc titulo memoratur, cultus fuerit; de Leuctris certe cogitari nequit.

Amoris cultum maxime Thespis¹⁾ floruisse res est notissima neque paucis confirmatur titulis. Praeter nobilem illam Praxitelis statuam multa alia Amoris signa in illa urbe fuisse

1) Liceat mihi hoc loco coniecturam de situ templi Amoris proponere; inter Erimocastro et Dobrenam, qui vici a Thespis vergunt ad meridiem et occidentem, repertus est titulus (Arch. epigr. n. 408 ed. Cumanudes), quo hisce versibus Phalaceis Imperator Hadrianus Amorem invocat eique ursam, quam ipse equitans trucidaverat, dedicat.

Ω παῖς τοξότα Κύπειδος λιγεῖν
Θεοπλαῖς Εἰλικρινοῖς ραιῶν
Ναρκίσσου παρὰ κῆπον ἀρθίοντα
Ιλέροις τὸ δέ τοι δίδωστ δίξο
ἀγροθείριον Άδραιαρὸς ἄρχετον
ἢν αὐτὸς κάρει ιππόθετ τυχήσας
οὐ δ' αὐτῷ κάρει ἀντὶ τοῦ παύσσον
πτέοις οὐγαρίας ἀπ' Ήφεσούτης.

Ex verso 3 colligere licet delubrum Amoris Thespensis prope Narcissi fontem (quod *κῆπος* pro *παύσση* dictum est, non debet esse offensioni propter narcissos flores fontem circumdantes) eumque ipsum circa eum, in quo titulus repertus sit, locum fuisse. In ea ipsa fere regione fontem Narcissi fuisse iam Ulrichsius ex Pausaniae verbis (IX, 31. 6) coniecit (Reis. u. F. II. p. 87) et Bursian Geogr. v. Gr. I, p. 242. de eius situ haec dicit: „wahrscheinlich ist dies (die Narkissosquelle) die Quelle bei dem zerstörten Dorfe *Τατάτοι*, fast 2 Stunden südwestlich von Thespiae, bei welcher ältere Reisende eine Menge wildwachsender Narcissen bemerkt haben; zahlreiche alte Werkstücke, die sich in der Nähe vorfinden, röhren wahrscheinlich von einem Heiligthume des Nar-

docuit Winckelmannus in Plut. Amat. p. 138; ei a Philino quodam Romanorum temporibus statuam ponit *zai τὰ ἐν τῷ προνάῷ θεόματα* dedicari titulus ad urbem illam repertus (Keil. S. I. B. XIX. p. 85). Reliqui tituli spectant ad ludos in Amoris honorem institutos, *'Ερωτίδια* quae vocantur. Ea quinto quoque anno (Plut. Amat. I.) et musicis et gymnicis certaminibus celebrata esse Pausanias testatur his verbis (IX, 31. 3): *ἄγοναι δὲ zai τῷ Ερωτὶ ἀθλα οὐ μουσικῆς μόνον ἄλλὰ zai ἀθληταῖς πιθέτες.* Catalogum victorum gymnicorum C. I. 1590 ad haec certamina pertinere Boeckhius demonstravit (C. I. 1591, quem ipsum quoque, etsi Athenis repertum, huc referendum censebat vir doctus, Atticum esse docuit Keilius S. I. B. p. 65 sq.); alterius catalogi fragmentum edidit Curtius Mus. Rhen. 1843 p. 105 sqq. (Keil. S. I. B. V. p. 51. Lebas. n. 407), in quo notandum est inter gymnicos et curules victores esse *ποιητὴν χορῶν*; id quod in nullo alio, quod sciam, catalogo occurrit. Singulos, qui Erotidia vicerunt, hos habeo, quos proferam. C. I. 1429 (Spartae) *Γ(ρ)ίῳς Μαγίων Κορένθιος, νεικήσας παῖδον πάλην. zai Ερωτίδια.* 1430 (ibid.) *Έρωτίδια*, Boeckhius scripturam tituli prioris fortasse rectiorem esse ratus est. Forma *'Ερωτίδη¹* exstat in titulo ad ruinas templi Musarum in Helicone monte a Decharmio (l. l. n. 48.) reperto. Inscriptione Megaris reperta (Eph. arch. 2558) comperimus athletam quandam viciisse *'Ερωτίδια πομπήν.* Denique Thespensis videtur titulus esse prope Thebas repertus (Keil. S. I. B. XXIX, p. 114), quo dedicant „*τοῖς θεοῖς*“ senatus populusque Lysandrum quandam *ἀγωνοθετίσαντα Καισαρίων Έρωτίδων Ρωμαίων* (rationem ita hos ludos designandi usui aetatis imperatorum respondere supra p. 30 diximus).

Ab eisdem Thespensis Musae colebantur certaminibus quinquennalibus (Plut. Amat. I.), quae *Μουσεῖα* appellabantur. Eos ludos nisi musicis certaminibus non esse celebratos cum per se appareat tum confirmatur titulis; Musea ad imperatorum tempora perduravisse novimus ex duabus inscriptionibus C. I. 1585. 1586. Decharnius²), cui plurimos debemus titulos, qui ad Musarum cultum pertinent, catalogum edidit (l. l. n. 26.) eorum, qui *Μουσεῖα* vicerunt, quem intra Olymp. 135 (240 a. Chr.) et 145 (a. 200) exaratum esse demonstravit p. 43. Quae inscriptio his verbis incipit:

(*Σ)έρωτος³) ἀρχοντος, ἀγωνοθετοῦντος τῷ
δεύτερον Κλεανέτου τοῦ Δασίου, ἐπὶ λεφ-
ως τῶν Μουσῶν Πολυερατίδους (*Ε)ύφασινοῦ*, ἀ-
πὸ δὲ τῶν τεχνιτῶν.
5 Αργείου γραμματεύοντος Αμφικλείδους
τοῦ Κλεανέτου, πυρροροῦντος Κλεανέτη
τον τοῦ Δασίου, οἱ νικήσαντες τὰ Μουσεῖα
οἴδε.*

quae verba editor ita vertit: „Sous l'archontat de Zénon, Cleanetos, fils des Dasios, présidant les jeux pour la seconde fois, Polycratides, fils d'Euphaeinon, exerçant la prêtrise des Muses et membre de la corporation des artistes; Argeios, fils d'Amphiclidès, petit-fils de Cleanetos,

kissos her.“ Haud scio an ex titulo illo iure quodam colligere liceat ruinas illas non ad Narcissi, sed ad Amoris sacrum pertinere.

1) Hanc formam esse pro *'Ερωτίδια* docet Franz. el. ep. Gr. p. 247, qui posteriore aetate diptongum *EI* subinde litterā *H* representari pluribus demonstrat exemplis.

2) Vir doctus in monte Helicone inter ruinas ecclesiarum „Hag. Trias, Hag. Catherina, Hag. Constantinos“ sex titulos ad Musas pertinentes repperit, unde coniecit illo in loco templum fuisse Musarum (Archives de miss. scient. et litt. IV. p. 169—180).

3) De hoc nomine vide, quod supra diximus p. 13.

étant secrétaire" etc. Cui interpretandi rationi quominus assentiamur, impedimur primum interposita particula δέ v. 4, in qua quin sicut in formula multorum, quos supra laudavimus, titulorum: „τοῦ δεῖται ἀρχορρός Βουοτοῖς, ἐπὶ δὲ πόλεως κ. τ. λ.“ vis adversativa insit fieri non potest, ut dubitemus; deinde inusitata est ratio scribendi „Ἀρχείου γραμματεύοντος Ἀμφιζίλιδον τοῦ Κλεανέτου“, ut nomen et patronymicum disiungatur munere, quo quis fungitur; quibus de causis adducor, ut putem post „τεχνιτῶν“ et nomen et patronymicum sacerdotis „artificium“, qui iuxta sacerdotem Musarum compareat, erosum esse, ut Ἀρχείου v. 5 pro ethnico sit habendum¹⁾. Catalogos victorum, quos Boeckhius publicavit C. I. 1585 et 1586, imperatorum aetati, ut modo diximus, assignandos esse vel inde appareat, quod in altero v. 6 inter victores memoratur ἵγιωμιογάρδος εἰς τὸν Αὐτοκράτορα, v. 10 ποιητῆς εἰς τὸν Αὐτοκράτορα, in altero ex more illorum temporum Musea appellantur „μεγάλα Καισάρια Σεβάστηα Μονάδεα“ (eum ad Septimii Severi vel Caracallae aetatem referendum esse Boeckhius suspicatur). Titulos Musis dedicatos ob victoriā in ludis partam hos habemus: Keil. z. S. n. XXII. Ἀρι? στίθης Εύπλεον Βουότος | (Μονάδα) τοὺς ποιητὰς τῶν ἐπῶν νικ | ἡσας Μονάδας; fragmentum tituli Decharm. I. I. n. 36. — — ος νικήσας Μονάδας. Eodem spectare videtur titulus, cuius fragmentum Decharm. in Helicone monte repperit (I. I. n. 48), in quo victorias compluribus in ludis reportatas enumeratas habes. Addenda sunt inscriptiones supra (p. 21) dictae (Decharm. I. I. n. 49, 50), ex quibus patet Musis et ipsis homines consecrari solitos esse.

Gratiarum cultum Orchomeni ex antiquissimis temporibus floruisse testantur Pausanias (IX, 34. 1. et 38. 1) et Strabo (IX, 2. 40 p. 415); magnoque apud reliquos Boeotos in honore fuisse licet cognoscere ex titulo Orchomenio C. I. 1593. Ut enim Apollini Ptoo, ut Jovi Liberatori, ita Gratiis commune Boeotorum tripodem dedicare animadvertisimus (*Βοετοῖ τὸν τρίποδα ἀνέθεισαν τῆς Χαρίτεσσι καττάμι μαρτυῖαν τὸν Ἀπόλλωνος κ. τ. λ.*). Ludi ibidem in earum honorem instituti sunt (*Χαριτίσια, Χαριτίσια*); catalogos victorum tres suppeditant tituli: C. I. 1583. 1584. Ussing. inscr. ined. n. 53 (Lebas n. 623, quem Boeckhianis recentiorem esse eluet inde, quod vulgari dialecto, nullo admixto Boeotismo, conceptus est). Ex altero eorum, cum integer ad nos pervenerit, manifestum est hos ludos solis musicis certaminibus, id quod per se verisimile est, celebratos esse (Mueller. Orchom. p. 172. Preller. gr. Myth. I, p. 395 sq.); errat igitur Rangabeius A. H. II, p. 693, cum dicit: „Nous voyons ici que la poésie, la musique et la gymnastique en faisaient les frais comme aux Charisies d'Orchomène C. I. 1583 et 1584.“ Ea ipsa autem de causa in lapidis fragmento, quod edidit Pittakis. Eph. arch. 3046:

<i>ΑΣΕΑ</i>		<i>Παιδ(ας) Ἐλευσίνας</i>
<i>ΠΑΙΔΑΣΣΤΑΛΙΟΝ ΠΑΙΔΑΣ</i>		<i>παῖδας στάδιον παῖδας (πάλην)</i>
<i>X API</i>		<i>χαρι-</i>
<i>ΤΗΣΙΑ</i>		<i>τήσια</i>
<i>E N O P</i>	5	<i>τὰ) ἐν Ὁρ — Τροφόνια τὰ ἐν</i>
<i>E N Ω</i>		<i>χομ)ένω (Ωρωπῷ)</i>

1) Eadem sententia est Luedersius, cuius commentatio „die dionysischen Künstler“ in manus meas venit, postquam haec scripsi. Qui vir doctus dicit p. 143: „Der Priester der Synodos fungirt bei den Festen neben dem Priester der Gottheit, der das Fest geweiht ist.“ not. 274: „So ist in der Inschrift von den Museen in Thespiae Z. 4. der Name des Priesters der Techniten zu ergänzen, der neben dem Priester der Musen der heiligen Handlung vorstand.“

lineas duas priores ad alterum victorem esse referendas suspicor, quod ut putem etiam magis moveor verbis Pittakisi: „*μαίνονται δέ επ' αύτής μέρη τοιῶν στεφάνων.*“ Eadem Charitesia offendimus in epigrammate sepulcrali Orehomonio (ed. Decharm. l. l. n. 6. Kaibel. l. l. n. 491)

vs. 5 *Ἄλθι τύχης δύσαζι πάιμπλανός βότοο*

Eίποντες Μινύας γότας ἐπαθλούσαντες

quae verba recte Kaibel. interpretatur: *ἀγωνιστέντης* fuit in Charitesiis Orchomeniis.

Concordiam deam, ad quam iam est transgrediendum, cultam esse Plataeis et Lebadeae intellegimus titulis duobus imperatorum aetate exaratis. Ac Plataeis quidem, ubi ludi Eleutherii in memoriam victoriae a communibus universae Graeciae hostibus reportatae celerabantur, iuxta Iovis Eleutherii statuam Concordiae signum fuisse, id quod docet inscriptio (C. I. 1624. cf. p. 19) ibique cultum esse numen Concordiae, quis miratur? At Lebadeae cultus Concordiae viguit; en verba tituli, quem Chaeroneae a Decharmio repertum primum edidit Henzenius, Annali dell' inst. 1866. p. 140 sqq., repetit Decharm. l. l. n. 16. *Ἀγαθῆ τύχη | Φιαβίαν πανείζαν
τὴν ἀρχέσσαν¹⁾ | διὰ βίου τοῦ | τε ζωοῦ Βοιωτῶν τῆς | Ιτονίας Αθηνᾶς καὶ τοῦ ζωοῦ
Φοι· | ζεων ἔθρον, καὶ τῆς Οὐορολας τῶν | Ελλήνων παρὰ τῷ Τρογονίῳ ο. τ. λ. (cf. p. 28)* Henzenius editor doctissimus, quamquam *Ουόροιαν* non deam vult intellegi, tamen, quo iure fieri potuerit, ut *Ουόροια τῶν Ελλήνων* ut Plataeis sic hac in urbe coleretur nolens explicavit hisce verbis p. 143: „Vero è che ivi (Diod. XV, 53) non si parla se non de' Beoti; ma è noto altresì che in seguito appunto della battaglia anzidetta (Leuctrica) i Beoti sotto Epaminonda riunirono contro Sparta quasi tutti gli stati della Grecia settentrionale, nonchè alcuni dello stesso Peloponneso, e può ben essere che perciò i ludi di Lebadea siansi instituti non a nome dei soli Beoti, ma sotto quello degli Elleni in genere. Nolens, inquam, explicavit, quippe qui *ουόροιαν* verbum non deam h. l., sed idem quod *ζωοῖν*, societatem duarum vel complurium civitatum, significare censeat, at nusquam eo sensu *ουόροια* verbum usurpatum vides (cf. Thes. linguae Gr. ed. Dindorf s. v.); neque vero opus est *ουόροια* ita interpretari. Quid est enim, quod impediat, quominus huius tituli auctoritate nisi, siquidem recte vir doctus demonstravit ludos Lebadeae institutos non ad Boeotos solos, sed omnino ad Graecos pertinere, Concordiam deam eodem nomine, quo Plataeis (*Ουόροια τῶν Ελλήνων*) hoc in oppido cultam esse statuamus?

Quoniam de deorum cultu diximus, sequitur, ut disputemus de heroibus. Ac primum quidem disseremus de Hercule, quem in multis Boeotiae locis cultum, cuius in honorem ludos a nonnullis Boeotiae civitatibus institutos esse non paucis et auctorum et inscriptionum testimoniiis edocemur. Thespis cultum floruisse Herculis discimus ex Pausania (IX, 27. 6) et Diod. Siculo (IV, 29). Eius sacrum certeroquin clausum, nisi certis quibusdam condicionibus non lieuisse adire²⁾ eluet ex titulo huius urbis (Keil. z. S. p. 515 sqq., apographum plenius dat Decharm. l. l. n. 25), qui, quamquam ita est mutilatus, ut singula pleraque obscuritate premantur, tamen hoc videtur indicare adeundi potestatem datam esse mense Demetrio, pecunia certa soluta, praesentibus sacri antistitibus. De titulo Thisensi (Eph. arch. 3062), ubi Herculi

1) Saepius id factum esse, ut unus homo pluribus sacerdotalibus fungeretur maxime posteriore aetate intellegimus ex C. I. 1446, 2656. (cf. Keil. z. S. p. 618) 2720. (cf. Schoemann Gr. Alt. II^a, p. 431. Hermann gott. Alt. § 35, 23.)

2) De hoc more apud Graecos usitato vide Schoemann Gr. Alt. II^a, p. 207. Hermann gott. Alt. § 19, 13,

una cum Mercurio στοάν καὶ τὴν ἔσοδον καὶ τὰς θύρας dedicari videmus, supra p. 32 diximus; eo in oppido Herculis sacrum et simulacrum fuisse atque Heraclea ibi celebrata esse dicit Pausanias (IX, 32. 2). Similem titulum ad Coroneam repertum edidit Keil S. I. B. XVIII^b. p. 84 (*Ηρακλῆι Παλαιόντι καὶ τῇ | πόλει Μελάρτιζος Αρέ | στονος τὸν ναὸν καὶ τὴν στοάν καὶ τὰ λοιπὰ λάντα εἰς τῶν θῶν ἀρέθησε.*). Palaemonem cum antea v. d. filium Inonis esse demonstrasset (S. I. B. p. 84), sententiam mutavit (z. S. p. 621), ita ut „παλαιόντι“ adiectivum cum Hercule („der Ringer Herakles“) iungendum esse diceret; ac recte quidem, ut mihi videtur; eodem enim, quo *ιναγώνιος*, sensu usurpari patet *παλαιόντι* (Welcker. gr. Götterl. II, 764), adde quod sicut in titulo Thisensi praeter templum item στοάν et reliqua, quae ad eam exornandam faciunt, non singulariter enumerata (τὰ λοιπὰ λάντα) videmus dedicata. In campo Leuctrico prope Parapungia inscriptionem repperit Ulrichs. (Annali dell' inst. 1846. p. 56. No. XIII. rep. Keil. S. I. B. XXV. p. 100) *Φιλέτιος Λονσᾶς Ἡρακλεῖ πατέρων*, de qua vide, quae attulit Keil. S. I. B. p. 100. et z. S. p. 621. Titulum Chaeronensem Stamatakes misit Cumanudi (ed. Athen. IV, 377.), ex quo elucet ibi Herculem ἀλεξιπάνων cultum esse: „*Ἡρακλεῖ | ἀλεξιπάνων | Ἰππαρχος | χαριστήρων*“ (de Hercule ἀλεξιπάνων vide Welcker. gr. Gött. II. p. 791: Preller. gr. Myth. II, p. 272). Inter ludos, qui in Boeotiae urbibus velut Thisbae, Tiphae in honorem Herculis agebantur (Paus. IX, 32. 2 et 4), summa florebant celebritate ludi Thebani (*Ἡράκλεια* s. *Ιολάια*¹⁾ cf. Boeckh. Explicatt. ad Pindar. p. 175). Victores ludorum ornabantur tripode aeneo (Schol. ad Pind. Olymp. VII, v. 154. cf. Boeckh. I. I.), errat enim Decharnius cum scholiasta (Isthm. Γ v. 117. vide Boeckh. I. I.), cum dicit (I. I. p. 52): „les vainqueurs des jeux recevaient des couronnes de myrte.“ Inscriptiones, in quibus *Ἡράκλεια* occurunt, hae sunt: duae Megarenses (C. I. 1068 et Eph. arch. 2558) praebent *Ἡράκλεια* (τὰ) ἐν Θήβαις, quarum alteri additum est *πυγμήν*; titulum Thebanum (Athen. III, 478), ubi nescio quis certamina equestria viciisse perhibetur, supra p. 29 attulimus. Ludos illos ad imperatorum tempora duravisse intellegimus ex duobus titulis eiusdem generis; Decharm. I. I. n. 48 in ruinis templi Musarum Heliconii *Ἡράκλεια* ἐν Θήβαις iuncta vides cum *Καισαρίους* ἐν Τανάγρᾳ (cf. p. 28) et Eph. arch. 4096 cum (*άγονη*) *ζειλετεῖ* ἐν Ρόμη, quem a. 248 post Chr. n. celebratum esse notum est.

De Amphiarae cultu, qui Oropi floruit, cum viri docti²⁾ imprimis Prellerus, qui rem copiosissime et accuratissime tractavit in commentatione, quae est in „Berichte d. Kgl. S. Ges. d. W.“ IV. p. 140—158 cf. ibid. VI, p. 207 sq. „über Oropos und das Amphiaraeion“, disseruerint, satis hoc loco videtur esse enumerare titulos, quibus ea quae ad Amphiaraeum Oropium pertinent commemorata videmus. Rang. n. 1228: Aetoli in Amphiaraio (idem faciunt Delphis I. I. 1227) Eumeni regi (a. 198—158) statuam ponendam curant. Duo praeterea exstant tituli dedicatorii, quorum in uno Calligitonem filium Pythonis, quem inter nobilissimos Oropiorum fuisse ex titulo C. I. 1593 patet, Boidion, filiam Philonautae (Preller. I. I. IV, p. 156. cf. VI, p. 204), in altero eiusdem patrem (I. I. VI, 205) Amphiarae dedicare videmus. Similis videtur esse titulus, cuius fragmentum parvulum est apud Keilum S. I. B. XXV. B. p. 101. Proxeniae decretum Oropios in templo Amphiarae collocandum curasse et sacerdotes Amphiarae nonnunquam memoratos esse in titulis, qui non res sacras, sed Oropiorum civitatis attingerent,

1) *Ιολάια* nomen in titulis non offendimus.

2) Boeckh. C. I. 751, a. Müller. Orch^a, 405 sq. Meier. Allg. Encycl. III, 5. s. v. Oropus. Rang. A. II. II. p. 261.

supra ostendimus (pp. 10 et 19). Item de titulo (C. I. 1570), in quo Oropii Amphiaraei vasa sacra magistratibus reficienda demandant, supra p. 10 dictum est. In honorem Amphiaraei certamina instituta esse et equestria et gymnica et musica docemur catalogo victorum, quem edidit Prellerus l. l. IV. p. 150 sqq. (Eph. arch. 1317); fragmentum aliud tituli eodem spectantis edidit Pittakis. (Eph. arch. 1319), quem superiorem partem illius prioris tituli esse suspicatur; probavit sententiam Rangabeio, qui A. H. n. 965 coniunctos edidit hos titulos. In eadem inscriptione Megarensi (Eph. arch. 2558), ubi Heraclea memorata videmus, locum tenent *Αμφιάραια τὰ ἐν Ωρωπῷ*, additum est *πυγμῆν*. Romanorum temporibus eos ludos appellatos esse *Αμφιάραια καὶ Ρομαῖα* patet ex titulo Halicarnassensi, quem publicavit O. Rayet in Rev. arch. XXIV, p. 109 sqq., ubi inter alios ludos, quibus Halicarnassensis quidam vicit, bis comparent *Αμφιάραια καὶ Ρομαῖα τὰ πυθέμενα ὑπὸ Ωρωπίων*; additum est: *παιᾶς διανύειν* et *ἄρδης πτελεῖν*.

Restat ut dicendum videatur de dis peregrinis Iside et Serapide¹⁾. Coniuncta haec numina non comparent in titulis nisi Orchomeniis (Decharm. l. l. n. 1—4), ubi servos iis consecratos videmus, neque Anubim deum, quocum coniuncta alibi saepius locum tenent (cf. Keil. z. S. not. 72. p. 653), iis adiunctum videmus, nisi in singulis inscriptionibus Orchomeniis (Decharm. l. l. p. 3) et Thebanis (Kaibel. Herm. VIII, n. 22); praeterea in uno titulo Thespensi Isis una cum *Ἄρούβιδι* commemoratur (C. I. 1633. Lebas. n. 410. cf. p. 33). Isidis religionem Thebis viguisse patet ex duobus titulis: alter (Keil. S. I. B. XXXVI, p. 151) est titulus sepulcralis „*Ιεραρχόν*“ cuiusdam (Plut. de Iside et Osir. III, p. 352, B.), cuius in fine scriptum est multam esse solvendam Isidi (*Eἰσι*), si quis sepulcrum violarit; in altero (Rang. n. 1213. Keil. z. S. p. 583) Isidi gratiae referuntur: „*Εὐροια Εἴσιδι εὐχήν*“²⁾. *Ιεραρχός* eademque sacerdos Isidis memoratur in titulo Chaeroneae reperto (Decharm. l. l. n. 16), ubi haec sunt verba: *τὴν ἀγροτάτην ιεραρχόν τῆς ἀγίας Εἴσιδος ιέρειαν διὰ βίου τῆς ἀπὸ Σειριάδος Εἴσιδος*, quae verba ad ortum Isidis referenda esse demonstravit G. Wolff, Arch. Anz. 1867. p. 56 (E. Plew, Jahrb. f. Philol. u. Päd. 97, p. 839 sq.). Omnes, qui Serapim proferunt tituli manumissiones continent; ex iis patet hunc deum cultum esse Chaeroneae C. I. 1608 a—h, Preller. l. l. VI, p. 197—202, Coroneae Keil. S. I. B. XXI. p. 88 (qua in urbe eam religionem ad Pausaniae aetatem non perdurasse colligit v. d. ex eius scriptoris silentio IX, 34. 2.), Orchomeni Decharm. l. l. n. 1—4.

1) De his dis v. Preller. l. l. VI, p. 196. Decharm. l. l. p. 5.

2) Cf. Franz. el. ep. Gr. p. 335.


Index.

- | | |
|---|---|
| <p>Achaei p. 2
 Acræphia 3. 30
 Aesculapius 31 sq.
 — <i>οὐτήρ</i> 31
 <i>Ἄγιόντια</i> 33
 Amor 34 sq.
 Amoris templ. Thesp. 34, 1.)
 <i>Ἄγιάραμα</i> 39
 Amphiarus 38
 Amphictyonia Delph. 26
 Anthedon 3
 Anubis 39
 <i>αφεδιαστεύοντες</i> 6
 Apollo Daphnephorius 30
 — Ptous 30
 archon (civit. singul.) 9, 12
 — eponymus 12
 — (foederis) 2 sqq.
 archontes plures 12
 <i>ἀντίκα</i> 24
 <i>ἀνθέμια</i> 24
 <i>ἀπέκτημα</i> 24
 Bacchus 33 sq.
 <i>(Αἰόνιος)</i> βρόμος 33
 — ἐλεύθερος 34
 — εὐστάχιος 33 sq.
 <i>βασιλεία</i> 29
 boeotarchae 2. 5 sqq.
 βούλή 9, 11, 20
 catoptae 17
 Ceres 32
 Chaeronea 3
 <i>Χαυτήσια</i> 36 sq.
 Chorsia 3
 civitas (<i>ποιετεία</i>) 22
 comitia 9 sq.
 Concordia 37
 Copae 3
 corona aurea (<i>στέφανος χρυσα.</i>) 22
 Coronea 2. 3
 Daedala 27, 1.)
 <i>δῆμος</i> (Boeot.) 2
 — (civit. sing.) 9, 11, 20
 Diana 30 sq.
 <i>(Δεσποτικής)</i> ἀγορίς 31
 — εἰλιθυνα 31
 — εὔκλεια 31
 — οοωδία 30 sq.</p> | <p><i>δόγματι βούλης κ. δήμου</i> 20
 <i>ἔγκτης</i> 24
 <i>ἴλεξ</i> (εἶπε) 9 sq.
 <i>ἴλευθέρα</i> 27, 34
 Epaminondas Acræphions. 3 sqq.
 19 sqq.
 <i>ἴπιμελεῖσθαι</i> 21
 <i>ἴπιεψησεν</i> 9
 <i>Ἡράσιτια</i> 38
 <i>Ἑροτίδα</i> 35
 Euboei 2
 <i>εὐεργέτης</i> 24
 foedus Boeotorum 2
 <i>γερονοία</i> ἱερά Ασκληπιοῦ 31
 Gratiae 36
 Haliartus 3
 Hercules 37 sq.
 <i>(Ἡραλῆς)</i> παλαιών 38
 hipparchus 7 sq. 17
 Hyettus 3. 15 sqq.
 Ilarchi 17
 imagines pictae 21
 Isis 39
 <i>ἴσοτέλητα</i> 24
 Juno 29 sq.
 <i>(Ἡρα)</i> βασιλίς 30
 — ἡγεζή 30
 Juppiter 27 sqq.
 <i>(Ζεὺς)</i> βασιλεύς s. <i>Τροπόντιος</i> 28
 — ἐλεύθερος 27
 — μέγιστος 28
 — μετίλιξος 28
 — ὄμοιών 29
 — οὐτήρ 27 sq.
 <i>Καισάρη</i> 30. 35 sq. 38
 <i>Κοινὸν Βοιωτῶν</i> 3
 — τὸν Ἐλλήνων 2
 — τὸν περὶ τὸν Αἰόνος τεχνητῶν
 33, 2.)
 laus publica (<i>ἐπαυρός</i>) 21
 lautia 22
 Lebadea 3
 Leuctra (pugna L.) 7
 lochagus 17
 Locri 2
 <i>ἱογιστής</i> 18
 <i>μαρτυρόμενος</i> 2, 9
 manumissio (sacra) 30, 5.) 31</p> |
|---|---|
- Mercurius 32
(Ἐρμῆς) ἐναγόντιος 32
 — *χθόνιος* 32
 Minerva Itonis 27
 Minyas 32
 Musae 35
Μονοσία 35 sq.
 Narcissi fons 34 sq.
ναΐαρχος 17
 Neptunus (*Ποσ.* ἐμπνλαῖος) 32
 Nymphæ 33
ὄμοιών 29
 Orchomenus 3
 Oropus 3. 10
 Pamboecotia 27
 Pan 33
Παντίλληρες 2
 Phocenses 2
 Plataeae 3
 polemarchi 14 sqq.
 Posidonia 27, 1.)
προσονέλευντα 10 sq.
προσεδρία 22
προσέντια 22 sqq.
ψ. Β. Α. 20 sq.
 Ptoia 30
 quaestores (*ταριαί*) 18
Ρωμαῖα 39
 sacerdos artific. Dionysiac. 36
 scriba (foederis) 2. 9
 — (polemarchor.?) 16 sq.
 Serapis 39
 statuae (*ἀνδριάρτες*) 20
στρατηγοί (boeotarch.) 6, 1.)
οὐρδεῖοι 18
οὐρίδειοι 9, 11.
ουνίζοδοι 18
ουρά 30
ουτήσια 27
 Tanagra 3
 Thebae 2. 3
 Themis 34
θεοπόπος 2, 9
 theorus 2. 9
 Thespiae 2. 3
 Thisbe 3
Τροπόντια 29



Index

- Achaei p. 2
 Acræphia 3, 30
 Aesculapius 31 sq.
 — *αστέρις* 31
Ἄγριόντα 33
 Amor 34 sq.
 Amoris templ. Thesp. 34, 1.)
Ἀμυνάσται 39
 Amphiaraus 38
 Amphictyonia Delph. 26
 Anthedon 3
 Anubis 39
ἀφεδιατείνοντες 6
 Apollo Daphnephorius 30
 — Ptous 30
 archon (civit. singul.) 9, 12
 — eponymus 12
 — (fpederis) 2 sqq.
 archontes plures 12
ἄστλια 24
ἄσφαλτεια 24
ἄτικεια 24
 Bacchus 33 sq.
(τεύννος) βρόμιτος 33
 — *ἴλεύθερος* 34
 — *εὐτάχιτος* 33 sq.
βασιλεῖα 29
 boeotarchae 2, 5 sqq.
βούνιή 9, 11, 20
 catoptae 17
 Ceres 32
 Chaeronea 3
Χαριτήσια 36 sq.
 Chorsia 3
 civitas (*πόλειτεια*) 22
 comitia 9 sq.
 Concordia 37
 Copae 3
 corona aurea (*ορέγαρος χρωμ.*) 2
 Coronea 2, 3
 Daedala 27, 1.)
δῆμος (Boeot.) 2
 — (civit. sing.) 9, 11, 20
 Diana 30 sq.
Δημητης *δημοτίς* 31
 — *εἰλεύθερα* 31
 — *εὐζέλεια* 31
 — *αναδίρα* 30 sq.



- Mercurius 32
(Ἐρμῆς) ἐραγέτος 32
 — *χθόνιος* 32
 Minerva Itonis 27
 Minyas 32
 Musae 35
Μονοεῖα 35 sq.
 Narcissi fons 34 sq.
νενάρχος 17
 Neptunus (*Ποσ. ἡμιπνηλαῖος*) 32
 Nymphæ 33
ὅμολοῖα 29
 Orchomenus 3
 Oropus 3, 10
 Pamboeotia 27
 Pan 33
Ἵαρικλῆτες 2
 Phocenses 2
 Platacae 3
 polemarchi 14 sqq.
 Posidonia 27, 1.)
προρούσιεννα 10 sq.
προεδρία 22
προξενία 22 sqq.
Ψ. Β. Α. 20 sq.
 Ptoia 30
 quaestores (*ταριαῖ*) 18
Ῥωμαῖα 39
 sacerdos artific. Dionysiac. 36
 scriba (foederis) 2, 9
 — (polemarchor.?) 16 sq.
 Serapis 39
 statuae (*ἀρχειαρτες*) 20
στρατηγοὶ (boeotarch.) 6, 1.)
σύνδεσος 18
συνέδριον, σύνεδροι 9, 11.
συνήγοροι 18
συντά 30
σωτήρια 27
 Tanagra 3
 Thebae 2, 3
 Themis 34
θεοπρόπος 2, 9
 theorus 2, 9
 Thespiae 2, 3
 Thisbe 3
Τροφόντεια 29